truelis tui fili⁹. Hi ſane omnes aperto Marte cōtra poſtulata
mea ꝑorarūt. quātum potuerūt acrius magiſqꝫ apposite. Tum
ego coactus ea neccitate. quam mihi res atqꝫ ratio afferebat. nul
la item circuitione vſus. ita egi cauſam meam. vt nō modo qui
erāt ꝓ republica ⁊ decoro. ſꝫ tui etiam fere omnes ꝓ me occulta
ſuffragia reddiderint. Nam cum omnes in eo ordine ſint ſeptē
ac triginta in reddendis ſuffragiis. ꝓ mea cauſa fabæ nigræ tri
gintaquattuor ſunt repertæ. Qui quidem bene ſentiētiū anim⁹
ac fauor etſi mihi fuit honorificus. cauſam tamē præſtitit ini-
micis vt ſe magis ad nocēdum excitarēt. Nō multo eni̅ poſtea
ambiēdo. rogādo. quærēdo. incuſando. monēdo. adhortando ꝑ
omne humilimæ ſubmiſſionis munus tātum ſibi apud tuos ſtu
dium vēdicarūt. vt ſimulatione vtilitatis publicæ viri q̄ttuor
vt ſcis. declarati fuerit. quib⁹ præcipuū ius eſt ꝑmiſſum ad mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

derādam publicam oēm impenſam Si vero oīm ꝑmū ſalaria q̄ꝫ
lr̄aturæ ⁊ diciplinæ. vt rem inutilem ⁊ idignam oīno abroga-
rūt: cū dicerēt nō eſſe tempꝰ diſcēdi: ſꝫ belli gerēdi. Quæ q̄dem
res etſi oībꝰ bonis ciuibꝰ viſa ē indiḡ: tamē qꝛ animaduerterēt:
eam ꝓbari atqꝫ laudari a tuis omnibꝰ: quieſcebāt etiā ipſi: ne ī
tuēda reip. dignitate aliq̄d paterenť indignū. Solꝰ hic Philel
fus ī tam florēti. tam magnifica vrbe īuentꝰ eſt. q̄ cām nō publi
cam minus q̄ꝫ priuatam ac ſtrenue āplecterť ⁊ fortiť. Nam ꝓ
uocatione vſus ad ſapiētes ciuitatꝭ: q̄ vocanť: abrogatio ea om
nis ſapiētibꝰ ipſis ꝓ vſitata. a priſcis vſqꝫ ānis ꝯſuetudīe demā
dať publico decreto. At ij: vt erāt viri ḡuiſſimi atqꝫ optimi: re
mature ⁊ q̄ꝫdiligētiſſime cognita: qꝺ q̄ttuor illi viri de impenſa
ſtudij lr̄aꝝ diſciplinarūqꝫ liberaliū abrogarāt: vanū eſſe atqꝫ fa-
tuū decernētes: nō me ſolū: q̄ ꝓuocarā: ſꝫ etiam reliq̄s doctores
oīs priſtinæ dignitati atqꝫ emolumētis cum ingēti totiꝰ ciuita
tis lætitia ac plauſu reſtituerūt. Tum inuidentiū animi ardētio-
ribꝰ iraꝝ ignibꝰ inflāmati: nō clam vt antea ſꝫ palā: ⁊ tanq̄ꝫ ap
to. Marte ī aciem ꝓdeuntes dictitare minitariqꝫ cœperūt non
oportē poſt hac vti magiſtratuū admiculis aut alicuiꝰ obtētu iu
ris: ſꝫ armis potiꝰ ⁊ cruore: cum ſubderēt turpe eſſe p̄ncipem ci-
uitatis ab hoīe peregrino totiēs ſuꝑari At quē vocāt illi p̄ncipē
ciuitatis Coſme medices. Si te vnū illi nō vocāt: quem alium
poſſint: itelligo neminē. Nā ⁊ viri nobiles cæteri ſꝑ mihi faue
rūt: ac fauēt. ⁊ populꝰ vniuerſus me plʼimū diligit Tui xp̄o: ſi ꝑ
te licuerit: nō modo mihi nō ſunt aduerſi: ſꝫ maxīe oīm ꝓpitii
id qꝺ ex oculʼ ſuffragijſqꝫ q̄nꝫ patuit Qꝺ ferꝝ aūt cruorēqꝫ mi
nenť: nulla rōne adduci poſſum: vt credā te paſſuꝝ: vt quiſquā
potētia tua fretꝰ tantū ſcelꝰ: tm̄ facinus audeat machinari Nā
ſine ꝯſenſu tuo pugna ſit aq̄læ a graculis īferēda. Nō em̄ iſtos
pluris facturꝰ ſim: q̄ꝫ pigmæos Hercules Ad hæc velim tecū
aio. volutes: quid in Nicolao ⁊ Carolo p̄cipuū videas. q̄propter
abs te mihi p̄ferēdi ſunt. Num īgeniū. num doctrīa. nū eloq̄n
tia. nū moꝝ elegātia. num vitæ integritas. Qꝺ ſi nō ita frequē
to ædis tuas. vt iſti quottidie faciūt. id occupationibꝰ meis da
to. Scis em̄ publico docēdi muneri ſatis me facē oportē Præ
tēa pudor vitæ paraſitū me eſſe nō ſinit. Nō blādiri. nō adula
ri. nō aſſentari vnq̄ꝫ didici. Si q̄d me velis facē tua cauſa. mō
me feceris de tua volūtate certiorē. factū puta. Nihil ꝓfcō fru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

ſtra iuſſeris. Et pri⁹ q̃z veniſſem Florẽtiam. diligebam te pluri
mum. Et Florẽtiam poſteaq̃z veni. in hãc vſqz diem nullum p̃
termiſi vnq̃z officium amoris ſummi erga te mei. Itaqz rogo
te. atqz obſecro. ne patiaris cuiuſquã inuidentiã pl⁹ apud te va
lere. q̃z meam i te ⁊ fidem. ⁊ obſeruãtiã Uale Florẽtie Ex edi
bus noſtris kal'. maijs. M. cccc. xxxiij.

Franciſc⁹ philelfus Ambroſio monacho ſa.

De re mea te multũ habuiſſe ſmonẽ cũ viro clariſſimo 76
25 Coſmo medice. ⁊ eũ de me amiciſſime ſentire vehemen
ter gaudeo. pſertim cũ tibi. vt ſcribis. ſciſſime rñderit mihi non
mõ nõ eſſe formidandũ mali quicq̃z. ſed ne cauẽdum q̃de. Nõ
eñ poterã nõ ſubuereri. ne q̃d aduerſus iſidiaꝝ iſtrueret. Uerꝫ
miror. q̃d Laurẽti⁹ Coſmi frat'. quotiẽs i me icidit. ſp obliq̃t
faciẽ. ſalutatuſqꝫ a me. rñdet oĩno nihil. Sꝫ qm̃ Coſmi fide de
bet mihi certi⁹ eſſe nihil. alioꝝ mores. ferã equo aĩo. De dioge
nis autem laercij verſib⁹ quod purbane expoſtulas. ne mihi ſuc
cẽſeas. rogo. Nam partim occupationib⁹ meis. partim animi
moleſtia ob cõtinuas iuidoꝝ in me inſidias factũ eſt. verſus illos
latinos facẽ. vt iuſſeras. diſtulerim i hãc diem. Sꝫ geram pfe
cto morem voluntati tue. idqꝫ ppe diem. Diodeꝝ ſiculũ ad te
dedi.. Uale Florẽtie Ex edibus noſtris. vi. nonas Maias.
M. cccc. xxxiij

Frãciſc⁹ philelfus Bornio ſale iurecõſulto ſal. 77

Te te ⁊ vniuerſam familiã tuã. imo noſtrã valere per
26 belle. libent' accipio. atqꝫ deum oro. vt ita q̃zdiutiſſime
habeas. De me autem qđ ſcire cupis. in freto nauigio ſiculo in
ter ancipites eſtuãtiſqꝫ pcellas. ⁊ turbulẽtiſſimos fluct⁹. Exi
ſtimarã Bononiam ſolam ciuilib⁹ factionib⁹ diſſidere. Sꝫ Flo
rẽtia lõge magis diſcordijs ac ſeditionib⁹ feruet. Utinam huc
aut veniſſem nunq̃z. aut abire liceret p dignitate. Sꝫ neutrũ
mihi integꝝ eſſe video. Nunci⁹ mihi fuit ipedimẽto. quo min⁹
tibi potuerim oĩa explicare. Ignoſce Uale Ex florẽtia. v. no
nas. Maias.. M. cccc. xxxiij.

Frãciſc⁹ philelfus. Frãciſco barbaro ſal. 78

a Acceepiſſe te mihi nõ ꝯmode eẽ florẽtie. ita ẽ ſane. vt
27 accepiſti. Idqꝫ qđ recte augurariſ. nulla mea culpa. Ad vos
aũt redire nõdũ mihi ẽ itegꝝ. Cũ licebit. te faciã meis lris cer
tiorem Nã totum hũc annũ id qđ gmoleſte fero, obſtrict⁹ ſum

reipublicæ Florentiæ. Occupationes meæ faciūt, vt tecū. hoc
tempore lōgior eē nequeam. Uale. Ex Florētia. v. nonas ma-
ias. M. cccc. xxxiiij.

Frāciſcꝰ philelfus. Leonardo Juſtiniano ſal. 79

28 Laudari abs te viro amiciſſimo eodemqꝫ ⁊ ſapiētiſſimo
et optimo ꝯſilium meum qd me tādem ex vrbe Floren
tia tāqꝫ ex officina ſicarioꝝ eripuerim nō debeo nō lætari Ac fe
ci id ſane tempeſtiue Nā ſi ad reditū Coſimi medices ī tāta gla
dioꝝ impunitate cōtinuiſſem me Florētiæ. actum eēt ⁊ de mu-
ſis ⁊ de Philelfo. Si em̄ qua tēpeſtate minꝰ viriū habeat Coſ-
mus. īpune ſicarius ē paratꝰ qui me trucidaret. qd factū tum
foret. q̄ tpe eiectis omnibꝰ viris optimatibꝰ. omne ius reipubli
cæ ad vnū Coſmū delatū eſt. Sum aūt nunc Senæ int̄ huma
nos atqꝫ bonos viros. Apud q̄s mihi ꝯdicio ꝓ temporꝝ fortūa
ſatis honeſta eſt. Soluūtur em̄ mihi quotānis ex ære publico
aurei quinq̄geni ac treceni q̄dringēti quinq̄ginta ī hūc annum
mihi Florētiæ fuerāt ꝯſtituti. ſꝫ malo minorē pecuniā quiete ⁊
ſine vitæ diſcrimīe. q̄ꝫ multo maiorē int̄ gladios. ⁊ venena Ue
vrbi illi. q̄ tāto ampliſſimorꝝ ciuiū ſplēdore orbata eſt. Qd aū
me hortaris. vt ad vos me recipiā. ꝯſiliū de me tuū ⁊ ꝓbo. ⁊ lau
do id qd etiā ſequar. cū honeſte fieri a me poterit Nūc em̄ haut
licet. Nā bienniū Senenſibꝰ ſum obſtrictꝰ Uale. Ex Sena ꝓ
die kal. Februarias. Anno a Chriſti natali. M. cccc. xxxv

Franciſcꝰ philelfus Leonardo arretino ſal.

29 Lapus Caſtelliunculꝰ auditor ⁊ familiaris meꝰ renūcia 80
uit mihi tuo noīe abitionē iſtic meā ⁊ ꝑmoleſte tuliſſe
te. quoniā priuatꝰ eēs iucūdiſſima noſtra ꝯſuetudīe. ⁊ rurſus ꝓ
bare. q2 iſtic eē non poſſem ſiue certiſſimo vitæ periculo. adeo q̄ſ
dam aīaduerteras iuidiæ flāmis aduerſus me ī dies magis ma
giſqꝫ æſtuare. Utrūqꝫ certe, qd mihi ſignificaſti. præ ſe fert per
ſpicuū argumentū ſingularis tuæ beniuolētiæ erga me. At er
go ſane mi Leonarde. quanq̄ꝫ libent̄ agebā florētiæ. tū ob alias
plæraſqꝫ cauſas. tum etiā ꝓpter te eruditiſſimū ⁊ optimū virꝝ
tm̄ eo magis æquo aīo florētia careo. qd int̄ iſtos flores multæ
viperæ deliteſcūt ⁊ eæ quidem venenoſæ ac peſtiferæ. Nec em̄
te latet. quāta moderatione animi quāta etiam patiētia ſemper
tulerim inimicorꝝ inſidias. Itaqꝫ ne ſemꝑ impendenti naufra-
gio ſubiacerem, ex iſtis quottidianis ⁊ turbulētiſſimis fluctibꝰ

in proximam Senę vrbis stationem hanc me recoepi: vbi tam diu futurꝰ ſum: donec aliq̄s ſecūdior flatꝰ in tutiorem portū aliquem me cōuexerit. Nam ne hic quidem ſatis tuto me egē poſſe video ꝓpter iſtorum ꝓpinquitatem: quibꝰ vitam meam odio eſſe aīaduerto. Sꝫ hac de re ſatis. Tu velim me facias certiorē de omni tuo ſtatu. Uale Ex Sena. iij. Idus Aprilles. M. cccc. xxxvi.

Frācīſcꝰ philelſus Albertho zancario ſal. 81

Et recte quidem tu mi Alberthe ⁊ pamice facis: qđ de me nunquā deſinis aliq̄d cogitare. ⁊ agē: qđ honorificū mihi ⁊ fructuoſum ſit Codicio: quā mihi ꝓponis noīe tuę floretiſſimę reipublicę: talꝰ eſt: vt eam nō modo nō improbem: ſꝫ et ꝓbem potius ⁊ laudem. Cęteꝝ breui reſpōdebo tibi. Uale ex Sena ṗdie Idus Aples M. cccc. xxxvi.

Frācīſcꝰ philelſus Petro perleoni ſal. 82

Silentiū tuum tam diuturnū tamq̄ȝ inuſitatū ſuſpicionem mihi affert: neſcio quā. Itaqȝ ſi tibi bn̄ eſt: vt ⁊ opto. ⁊ volo: ſcribe ad me q̄ȝprimū: quo tecū vna gaudeam. Sin ſecus eſt: id qđ minime oīm velim: ſcribe etiam mihi: quo tibi cōſilio ſaltem ꝓdeſſe poſſim. Uale Ex Sena pridie Idus Aprilles. M. cccc. xxxvi.

Franciſcus Philelfus. Joāni frāciſco gallinę ſal. 83

Cum ſuperioribus diebꝰ ſplēdidiſſimꝰ eques auratꝰ Petrꝰ Michael Senēſium legatꝰ iſtinc Senam reuertiſſet. Barnabas humanꝰ ac modeſtꝰ iuuenis: q̄ cum illo Mediolanum petierat: mihi ī ỽbis tuis renūciauit: bono vt eſſem aīo ac fiducia Fore em̄: vt ad pauciſſimos vſqȝ dies tua ⁊ hūanitate ⁊ opa: qđ maxime ſp cōcupieram: atqȝ exoptarā: tādem aſſeq̄rer. Pergratum em̄ eſſe deſideriū ſtudiūqȝ meū magnanimo iſti inuictiſſimoqȝ ṗncipi. Fuit ꝓfecto mihi huiōi nunciꝰ iucūdiſſimus. Expectaui igiꝰ cōpluſculos dies: rurſuſqȝ expectarē: ſi vel ꝑ inimicoꝝ Florētinoꝝ inſidias: vel ꝑ calamitates tempoꝝ licēt Sꝫ vides tu: quāta arte q̄buſqȝ conatibꝰ hi ꝑditiſſimi ⁊ facinoroſiſſimi hoīes: q̄ florētię tyrānida nūc gerūt: cū alijs viris optimatibꝰ ꝓſcriptis oībꝰ: tum mihi in ṗmis vitā eripe moliūtur Qđ eo faciliꝰ ſibi factu fore arbitrant: quoꝓpte r loci ꝓpinq̄tatē me opportuniorem habēt: in quē deſęuiāt. Mouet me ſecūdo loco nō minus aeris inclęmētia: q̄ in dies magꝭ atqȝ magis cū mul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

toꝝ ꝑnicie ⁊ ītetitu īcrebreſcit: incrudeſcitqȝ. Fuerit igit̃ hũani-
tatis tuæ. vt qđ mihi iã pridem hac iter faciẽs corã recepas: nu
perqȝ vel nixius ꝯfirmaſti: iã tãdem ꝑſoluas. Nã quanqȝ muni
ficẽtiſſim⁹ iſte ꝓnceps q̃ꝫplurimis abũdat ⁊ prudentib⁹ ⁊ erudi-
tis viris: tñ fideli ⁊ innocẽti deeſſe nemĩ poteſt apud eũ loc⁹. At
qui ſi is vn⁹ eſſem: q̊ p volũtate iter capere atqȝ expedite poſſem:
aduolaſſem ad vos iam pridem. Sed q̃ alijs voluptatem affer-
re ꝯſueuit: familia mihi hoc tpe ſollicitudini eſt. Nã neqȝ hanc
deſerere debeo: neqȝ mecum ſine certa ſpe poſſum adducẽ. At ne
dubitem q̊dẽ: ſiquid accurati⁹ elaboraris: futuꝝ. vt ⁊ q̃ꝫprimũ
et recte huic meæ pientiſſimæ volũtati tuo bñficio mos gerat̃.
Id autem æque te velle ꝓ tua humanitate ac poſſe exploratiſſi
mũ habeo. Proinde reliquũ eſt: vt curriculo trãſigas: oĩnoqȝ cõ-
ficias. qđ cœpiſti. Hac vna re me tibi ſummo ⁊ īmortali munẽ
deuinxeris. ⁊ aīm in te meũ nõ ingratũ experiere. Pudet me pro
fecto hac de re plurib⁹ ad te ſcribere: ne de tua vel beniuolẽtia in
me: vel beneficẽtia erga oẽs diffidere videar. Sȝ quæ me vrgẽt
intelligis. Rogo te etiã atqȝ etiã: vt quicq̊d ī me officij collatu
r⁹ es: es aũt plurimũ: breui id ꝯferas. ⁊ cũ ꝓmũ facultas dat̃ fa
cultatẽ vero nõ minus ꝯſiliũ ⁊ induſtria q̃ꝫ aut temp⁹ offerat:
aut loc⁹. Et hac de re ſatis. Erit cũ hiſce lr̃is ſatyrica q̃dã exhor
tatio: ꝟſib⁹ a me ſcripta ad inclitum iſtum ꝓncipem ꝓ Senuẽſi
bus ⁊ exulib⁹ Florẽtinis. Hãc velim: cures is aut ītelligat: aut
ſaltem videat. Nec eĩm dubito: quã viderit: daturꝫ etiã operam:
vt ītelligat. Vale. Ex Sena Idib⁹ Aprilib⁹. Anno a Chriſti
Natali die. M. cccc. xxxvi.

84 C Franciſc⁹ philelfus. Antonio panhormitæ ſal.

33 TErentiũ: quẽ eſſe apđ me voluiſti. illi ad te dedi. cui tu
ꝑ lr̃as dari iuſſeris. Lucreti⁹: quẽ tãtopere flagitas: ſi
me⁹ eẽt. ꝯtinuo ad te iret. Sed de re aliena irreq̃ſito dño. nihil
mihi agẽdũ exiſtio. At nõ req̊ſiui mõ. verũetiã rogaui. atqȝ ora
ui dñm ei⁹ Codicis. vt ſinẽt me ī re ſua liberalẽ eẽ. Sarci ẽ ca
pitis ac plane īexorabil'. Nullo pacto īduci pt̃. vt Neapolin Lu
creti⁹ nauiget. verit⁹. ne q̊ ob poculũ amatoriũ furuerit: rurſus
ſirenis parthenopes veneſico intercœptus. inſaniat. Vale. Ex
Sena. iij. Idus Octobres. M. cccc. xxxvi.

Sirenes 3ᵉ parthenope leucosia ligia

85 C Frãciſc⁹ philelfus Petro perleoni ſal. dicit

34 Vas vnas dediſti ad me lr̃as. eo iucũdius lectitaui. q̃

diutius eas deſideraram. Et vt quæ tibi ſec⁹ ac volueras. accide
rũt mœrore me affecerũt. ita ꝗ ex ſentẽtia cõtigerũt. mirificam
mihi voluptatem attulẽ. De⁹ tibi cœpta ĩ dies magis magiſqȝ
ſecundet. In interim facito. ne tibi ipſe defuiſſe videare. Dicteria
Plutarchi ad Traianũ Cæſarem. ꝗ in latinum vertim⁹. ꝓpe
diem dabo ad Ioãnem Cornelium hominem clariſſimum. Et
cum his orationẽ quoqȝ ⁊ acrem. ⁊ lõgiuſculam mittam ad te
et quidem talem. q̃lem nõ Poggius modo. ſȝ Coſm⁹ etiam ipſe
medices multomagis doliturus ſit. Nũc ṽo ad id. qđ petis. Cu
pis tu quidem a nob̃ ſcire. an lachryma aſpirationem admittit
Reuocas nos ad grammaticos. Mos tibi tñ gerend⁹ eſt. Si
vim naturæ rationẽqȝ attẽdim⁹. nulla ꝯſonãs ĩ latis dcõnib⁹
aſpirat̃. Fecit tñ doctiſſimoꝝ hoĩm ꝯſuetudo. idqȝ iam pridem
vt quorũdam ṽboꝝ ꝯſonãtes aſpirationem reciperẽt. vt ichoa
re. pulchꝛ. ſepulchꝛ. lachryma. Et id ſine ob eam rem factum
exiſtimo. ꝗ eiuſmodi ꝯſonãs vehemẽti⁹ ſonet. Tametſi inchoa
re ſi a chaos deſcẽdit. id qđ nõ ab re dictum a q̇buſdam puto ab
ſua ipſius origine aſpirationem fuat. Qđ aũt mones dictitare
iſtic quoſdam nõ lachryma eẽ apud. A. Gellium. ſȝ latrina. ⁊
ita quodam in codice legiſſe te. ꝓfecto codex iſte latrinari⁹ quiſ
piam eſt. Nam hi oẽs quotq̄t in tuſcia ſunt. Gellij codices. ha
bent lachryma nõ latrina. q̇ ⁊ emẽdatiſſima unt. ⁊ iſtoꝝ oĩm
vt ita dixerim. parẽtes Præteã duo me ad hãc rem plurimum
mouẽt. qđ ⁊ Romæ in quodã vetuſtiſſimo monumẽto. ⁊ in il
lo meo. quẽ noſti. de natura deoꝝ antiq̇ſſimo Ciceronis codice
lachryma ⁊ cum aſpiratiõe ⁊ ꝑ. y. tenue ſcriptũ aduerti. Quo
fit. vt etiam græcum eẽ nomẽ. h̕ eſt a græco ductum quod illi
Δάκρυον vocãt. nequaq̃ȝ dubitẽ. Qđ autẽ. d. in. l. mutata
ſit inihil eſt. qđ miremur. Nã ⁊. l. in. d. ⁊ rurſum. d. in. l. plæ
rũqȝ mutari inuicẽ ꝯſuerunt. Quippe ⁊ μελετᾶν meditari
dicim⁹. ⁊ allido ꝓ atlido. ⁊ mediuſfidi⁹ ꝓ eo qđ eſt ꝑ iouis filiũ
Videmuſqȝ apud vetuſtiſſimos latini eloquij auctores nõnun
q̃ȝ lachruma ꝓ lachryma vſurpari. Nec id ea rõne. ꝗ optum⁹.
ea maxumus ꝓ optimus. ⁊ maximus dicit̃. ſȝ poti⁹ vt fuga ꝓ
φυγά tu ꝓ τυ. mus ꝓ μυσ. ſus ꝓ σύσ. thus ꝓ τύσ. ⁊ id
quidẽ doꝛienſiũ more. qui pro. y. ꝓferre. u. cõſueuerũt. quãuis
placuerit ⁊ Varroni ⁊ Priſciano nomẽ h̕ nõ a græco. ſȝ a latio
ṽbo qđ tundo eſt deriuari. cupientib⁹ ijs quidem. vt exiſtimo.

blādius hac via latinis vti: q̄bꝰ admodū gratificari voluerunt
quaſi noſtris etiam armis ius noſtꝝ tueri poſſimꝰ Siq̄s autem
mireť quur lachꝛyma aſpireť: cū Δάκρυον ſit inaſpiratū: re
petat memoꝛia ipſe ſecum etiam ἄγκυρα καὶ τρόπαιον.
καὶ πύριος aqđ græcos nō aſpirari. At anchoꝛa: ⁊ trophæ
um. ⁊ phyrhius apud nos vulgo aſpiranť. Idemqꝫ ⁊ in hoꝛchꝰ
et in lurcho intueri licet. ὄρκος eñ nunq̄ꝫ aſpirāt græci: nec
itidem λάρκος: qđ eſt cophini genꝰ: vnde lurcho deductū eſt
Fit id inquā ſæpe: vt valētius ſonet dictio. Nec ī ↄſonātibꝰ ſo
lum: ſꝫ in vocalibꝰ quoqꝫ īuenias idem obſeruatū. Sic mihi di
ctum eſt. ſic ahenū. ſic hallucinari. ſic honus. ſic honuſtus: qđ
tamē ꝑmulti volūt ab honus. ſꝫ ab honos deſcēdere. ſic helluo ⁊
helluari. qđ ab edo manat: ſic væhemēs qđ ex væ ⁊ mens cōpo
ni arbitroꝛ: tametſi væhemēs eo quidā dictum velint. qđ veha
tur eminētius. Permultaqꝫ huiuſmodi īueniri licet. q̄bꝰ erudi
tiſſimoꝝ vſus. qui ipſe rationem facit. aſpirationem ſuo quodā
iure addiderit. Itaqꝫ nō eſt mirādum trahere ⁊ veheri aſpirari.
Fit eñ nō ſolum differētiæ cauſa. vt quibuſdā videť. ſed etiam
magis vt augmento ſpiritꝰ ſonātius ꝓferanť. ſicuti etiā in pꝛæ
hēdo. væhemēs. aha. vaha. ohe. ⁊ in ſimilibꝰ patet. Nā cohoꝛs
a cohoꝛtādo diciť. nihilum vero ex ni ⁊ hilum compoſitum eſt.
Sꝫ de his hactenus. Quod de ſtatu noſtro certioꝛ fieri cupis.
Nos hic valemꝰ recte Et cōmode Senæ ⁊ honeſtiſſime agimꝰ
Id vnum eſt. quod virtutem ocioſam eē non ſinat. Quottidie
puccini hoīes īpuriſſimi ꝑ veneficos ac ſicarios vitæ noſtræ īſi
dias tendūt. Ego autem nō modo intrepide me ↄſtāterqꝫ defen
do. ſꝫ omni etiam cura. ⁊ induſtria molioꝛ. efficioꝛqꝫ. vt ꝑmag
no ipſi detrimēto ꝑniciēqꝫ pꝛemanť. ac extremo cōficianť exitio
Id qđ breui diuina benignitate futuꝝ ſuſpicoꝛ. Qua ī re illud
eſt. qđ me vnice ꝑturbet Venetos iuſtiſſimos ſanctiſſimoſqꝫ vi
ros. q̄bꝰ omnia iure debeo. puccinoꝝ ſocios appellari. ſiqua foꝛ:
taſſe rationi ⁊ ↄſtātiæ cum temeritate ⁊ furoꝛe. ſi fidei cum ꝑfi/
dia. ſi pietati cum ſcelere eē ſocietas vlla poſſit Vale Exͦ Sena
Idibꝰ Sextilibꝰ. M. cccc. xxxvij

¶ Frāciſcꝰ philelfus Leonardo Iuſtiniano ſal. 86

35 NEſcio quo tādem iure te adeo affirmaris. vt cōtra ōne
vel amiciciæ. vel hūanitatꝭ ius meos mihi libꝛos ac ve
ſtis nō reſtituas. Luæ eñ iuſticiæ fuerat. q̇ te iuſtinianū ↄgno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

mines: vt quæ apud te depoſueram: tuæq; fidei commēdaram
mihi ꝑ tua fidei tuaq; īnocētia reſtituēs Quare ꝛ hortor. ꝛ mo
neo: ne me diutius vana ſpe ludas: ne īiuria me afficias: ne me
veteris amiciciæ uoſtræ obliuiſci cogas. Vale. Ex Sena Idi-
bus Sextilib⁹ M. cccc. xxxvij

Fracīſc⁹ philelſus Lapo florētino ſal.

36 PEtis a nobis: q̇ apud Homerū v̄ſus ille intelligatᷣ: quo 87
Agamēnon veluti cōuicio a Calchāte acerbi⁹ laceſſit⁹
r̄ndet. βούλομ᾽ ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέ
σθαι. Dicis em̄ Ambroſiū mōchū ita iterp̄tatū voloe go ppl'm
ſaluū eſſe: aut ppl'm perire. Et iepta hæc ſane iterp̄tatio ē ꝛ fal
ſa. Subdis Carolū codrū iterp̄tatū alit: q̇ppe q̇ ab Ambroſio
diſſentiēs ita expoſuerit: volo ego ppl'm ſaluū eſſe: aut meipſum
perire. Et iepte is rurſus ꝛ p̄ue. Errat āt vterq;. Ac ne id q̇dē
mirꝫ: nō em̄ ij ſunt: q̇ grææ orōnis ſignificationē. ꝓpetatē dif
ferētiam. elegātiam teneāt. Et vt reliq̄ omittam: is oīs error ē
inde: qd illi⁹ dictiōis ἢ ſignificata nō norūt. Significat em̄ vel
ſignificat an. ꝛ hæc quidem vulgo. Significat item q̄; ꝑ vt eo
in ꝯpatiuis aduerbio vtimur. ꝛ quēadmodū apud nos q̄; ſigni
ficat iterdū ꝛ nō: ſic etiā hoc loco ἢ cū tenui ſpiritu ꝛ accentu g̃
ui ſignificat ꝛ nō. Reſpondet em̄ Agamēnon velle ſe populi ſa
lutē ꝛ nō pniciē atq; iteritū. Qd q̇dē ſi min⁹ Philelfi auctori
tati ſtare decreueris: ꝛ apud Ariſtarchū. ꝛ apud Ariſtotelen. ꝛ
apud Porphyriū cōmētatores i Iliada eoſdēq; diligētiſſiōs
doctiſſimoſq; viros ꝑdiſcē plane queas. Quæris ſecundo loco:
an ἀεὶ aliud q̄; ſp̄ ſignificet. Nā eoſdē Ambroſiū ꝛ Carolū af
firmare eā dictionē aliud prorſus nihil q̄; ſemꝑ ſignificare. At
inueniſſe te plærūq; apud Thucydidem eādem ipſam dictionem
ἀεὶ. q̄ eiuſmodi ſignificatū recipe nullo mō poſſit Recte tu q̇dē
dubitas: ſignificat em̄ nō ſolū ſemꝑ: ſꝫ q̄nq; diu: vt Homerus
ἔχων κότον ἐμπενὲς αἰεί. Et Sophocles ἐλελοι-
πότα κεῖνου τὸν ἀεὶ βίοτου ἐξεπίστασο. hē diu
turnā ſenectutē: diuturnā vitā Qn̄q; āt ſt vſq;: vn̄ Thucydi
des i ꝓhœmio οὕτως μὲν οὖν μοι δεῦρ᾽ ἀεὶ τείνει λό
γοις. Duas q̇dē eaſdē ſigficatiōes iueias vſq; apd nos hr̄e.
Vale. Ex Sena ꝑdie Nonas Septēbres. M. cccc. xxxvij

Fracīſc⁹ philelfus Ambroſio monacho ſal. 88

37 REdditæ mihi ſunt lr̄æ tuæ q̄s vidi libenter. ꝛ legi libē

Uale. Ex Sena Idibus quintilibꝰ. M.cccc.xxxviij.

Frãciscꝰ Philelfus Ioãni Palæologo Regi im
ꝑatori Romanoꝝ ac ſemꝑ Auguſto. ſal. d. p.

GRæcæ ꝑus reſpõderã græcis l̄ris tuis. Nũc latine ti
bi locuto ꝑ l̄rãs latiẽ reſpõdeam: neceſſe eſt. Uellem eq̄
dem licẽt mihi obire. qd̕ iubes. Nam nihil eſt apud animũ me
um antiquius q̄z tuæ obſeq̄ volũtati. Cui nihil eſt. qd̕ poſt deũ
nõ debeam. Qua ĩ me multa cum apud te Conſtantinopoli age
rem. ⁊ maxima beneficia nulla vnq̄z deletura eſt obliuio Quibꝰ
me muneribꝰ non donaſti: quibꝰ honoribꝰ non ornaſti. Uex qd̕
fieri nõ poteſt. q̄ ab me fiat. ignoro: Sum annuo munẽ Senẽ
ſibꝰ obligatꝰ Si ante cõſtitutam diem decederem. fidem meã de
ſideraret. ſibi v̄ba data diceret. Qd̕ ais datuꝝ te operam. me fi
de Senẽſes liberẽt. Nõ em̄ exiſtimare te futuꝝ. vt hi tam pio
vnionis. quam vulgo nominãt. opi aduerſent̄. quin potiꝰ cum
mea iſtic p̄ñtia ob interp̄tãdi munꝰ tam væhement̄ ſit opꝰ. nec
aliꝰ quiſquã ad rem tãtam ſatis idoneꝰ reperiat̄. acceſſum iſtuc
meum facile ⁊ æquo animo patiant̄. ſoluerẽt me fide fortaſſis. ⁊
abire Senẽſes paterent̄. Nec peterẽti tibi aduerſari auderẽt. Ego
autem hoĩm animos ⁊ in cute. ⁊ intus noui Arte me vſum vel
occultis iudicijs ĩſimularẽt. Aut cupiditatis. aut leuitatis ac
cuſarent. Quare noli obſecro rex optime. ⁊ Imꝑator maxime.
qd̕ multis meis ꝑmagniſq̄z laboribꝰ ⁊ fidei mihi. ⁊ ḡuitatis no
men ab ineũte ætate vẽdicaui. id breui maxima cum labe amit
tam. Adde etiam. qd̕ ne iſtic q̄dẽ eſſe ſine vitæ periculo vnquã
poſſim. Nam hi q̄ nũc Florẽtiæ tyrãuida gerũt. ſunt mihi væ
hement̄ infenſi Idq̄z nullã ob meam culpam. ſ3 ob id dũtaxat.
qd̕ me viris optimatibꝰ quos patrio ſolo exterminarũt. affectũ
impuriſſimi hoĩes norãt. At quãtum Coſmꝰ medices factiõis
p̄riceps reliquiq̄z puccini apud Eugeniũ valẽt ⁊ opibꝰ. ⁊ grã.
poteris cum voles. nõ obſcure ꝑdiſcere. Itaq̄z vt ⁊ ſalutis. ⁊ ĩco
lumitatis meæ rationẽ habeam. te nõ velle modo. ſ3 etiã iube
re nõ ſum neſcius. Qd̕ hortaris. Ioãnem mariũ filiũ ad te mi
tam. faciã id q̄dẽ nequaq̄z inuitꝰ Quid em̄ mihi optatius cede
re poſſit. q̄z meũ dilectiſſimũ filiũ vel hoſpicio tuo. vel diſciplĩa
vti: q̄ oĩm Chriſtianoꝝ ꝑncipũ ⁊ dignitate ſis maximꝰ. ⁊ v̄tute
primarius. Uale mi Auguſte. Et me illũ fore tibi ꝑſuade. quo
cum voles. ꝓ tuo iure omnibꝰ in rebꝰ vſurus ſis. Ex Sena. xij

kal'. Septembres. M. cccc. xxxviij.

¶ Franciſcus Philelfus. Eugenio quarto ſummo pontifici ſal.

MEus erga te animꝰ ⁊ itegerrima fides p̄ſ ſciſſime eſſe tibi debet pmultis argumētis iam p̄dem ⁊ ꝑſpecta ⁊ cognita. Quare ſi h̄ tpe minꝰ pſto. qd̄ iubes. nō mutatæ meæ in te volū tati. quæ eadem eſt q̄ ſemꝑ fuit. ſed neceſſitati potiꝰ dato. Non em̄ te fugit. quo eſt i me animo ⁊ Coſmus ipſe. ⁊ factio Coſmi ana. Sine maximo meo vitæ diſcrimie diutius iſtic ꝟſari non poſſem. Quod aūt mones. tuæ fidei credam me. credo eq̄dem: Scioqȝ tua fide. tuaqȝ ſanctimonia nihil innocētius: nihil con ſtātiꝰ Uerꝶ inimicoꝶ ꝓditorūqȝ ꝑfidiā iam p̄dē exptꝰ ſum ꝑma gno meo cum incōmodo. Patere igit̄ obſecro. vt bona tua cū ve nia vitæ meæ ac ſaluti cōſulam. Nō em̄ in tāta eruditiſſimoꝶ ⁊ diſertiſſimoꝶ hoīm copia. q̄ ⁊ græcelatine. ⁊ latina græce per pulchre iterptent̄. tibi deeſſe poterūt. Uale ex Sena. iij Nonas Septēbres. M. cccc. xxxviij.

¶ Frāciſcꝰ philelfus Senatui ⁊ populo peruſino ſal

ET humanitatē erga me veſtrā vehement̄ amplector. ⁊ liberalitatē maxi facio. Doleo aūt. ⁊ ꝑmoleſte fero. qd̄ his tpibꝰ lr̄æ mihi v̄ræ redditæ ſint. qbꝰ iam alijs fidē dederam Hāc vero iuiolatā vt præſtem. ⁊ ipſe cogor. ⁊ iā vos itentidem velle nō dubito. Qd̄ ſi tēpeſtiue veſtræ ad me lr̄æ aduolaſſent. eēm ꝑfecto deſiderio v̄ro. icredibili mea cū voluptate obſecutꝰ. Ornaſſemqȝ veſtrā iſtā ſplēdidiſſimā iuuētutem ꝓ virili parte nō modo eloquēdi. ſȝ etiam viuēdi laudatiſſimis ꝑtibꝰ Quoni am igit̄ honeſtatē cauſæ intelligitis. ignoſcite mihi. ſi minꝰ hac in re expectationi veſtræ reſpōderim. Ualete. Ex Sena Idibꝰ Septembribꝰ. M. cccc. xxxviij.

¶ Frāciſcꝰ philelfus Senatui ⁊ populo Bononiēſi ſal.

INgratꝰ certe ſum. ſi tot a vob̄ ⁊ lrīs. ⁊ nūcijs inuitatus vt pulcherrimis. ⁊ ampliſſimis ꝓpoſitis p̄mijs apd̄ vos annuū oratoriæ. ac philoſophiæ tradēdæ munꝰ. q̄ȝ apud alios hac tēpeſtate obire malim ingratꝰ ſum ingnā ac ſummoꝑe accu ſandꝰ. ſi minꝰ vob̄ in amore reſpōdero. Aiaduerto em̄ nō ſine i credibili q̄dā beniuolētia aduentū vos meū tā mirifice cupere. Nō em̄ is ſum. cuiꝰ in vrbem veſtrā aduentu acceſſio vlla nobi liſſimo laudatiſſimaꝶ oīm artium diſciplinarūqȝ gymnaſio iſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

veſtro fieri queat. Sꝫ q̄ntū intelligē cōiectura poſſum: meā erga vos veſtrāqꝫ rēp. pietatē: vel ex eo vſqꝫ tp̄e vobiſcū repetitis qus iā anno vndecio ⁊ ap̄li⁹ primū Bononiæ docui. Ac pfecto nihil in hāc diē mihi Bononia gti⁹: nihil iucūdius viſum eſt. Nec me recēs hæc iuaſit opīo Idētidē eñ iudicaui ſp. Sꝫ rei publicæ iſti⁹ vr̄æ vehemētioēs ꝓcellæ: turbulētiſſimiqꝫ fluct⁹ qui p id tp̄is ꝯtinuo ſunt ſecuti. iuitū me iſtic renitentēqꝫ eiecerūt. Uerent musæ naufragiū. quietē amāt oderūt tēpeſtatē ac fragorē oēm. Quāobrē cū pacata vos rep. trāquillaqꝫ ciuitate vti itelligo. ⁊ vr̄æ gtulor. ⁊ meæ lætor fœlicitati. Habeoqꝫ immortali deo ſempiternas grās: qd̄ meis de vob optatis fortuna tādem reſpōderit. Quæ res facile me iduxit: vt veſtro deſiderio ſatiſfaciā. Propediē igit̄ ad vos veniā ea animi ſententia: vt futur⁹ tādiu apud vos ſim: quoad p Philippū Mariā anglū cui ſponſione fixi ſum obſtrictus: mihi eē licuerit Uale te Ex Sena Idibus Septēbrib⁹. M. cccc. xxxviij.

Francisc⁹ philel fus. Antonio panhormitæ poetæ ſal.

BOnoniæ h̄ ſemeſtri futur⁹ ſum: h̄ eſt a kal. Januariis ad kal. Quintiles: tametſi ante kal. Januarias Sena decedere nō poſſum. Decreuerūt aūt nobis Bononiēſes i id tp̄is ducatos q̄drīngētos quinq̄ginta: qd̄ præmiū ante hac nemini vnquā nō nō Bononiæ mō. ſꝫ neqꝫ vſquā in Italia cuiq̄ꝫ datū eſt. Id quod tibi ꝓ noſtra beniuolētia voluptati fore certo ſcio. quippe q̄ amicoꝝ cōmoda ⁊ honores tua cōmoda honoreſqꝫ eſſe ducas. Poſtea vero ad ꝯſtitutā kalēdaꝝ quintiliū diē Bononienſib⁹ relictis. cōcedā Mediolanū ad noſtꝝ illū diuinū pncipē Philippū Mariā anglum. Is eñ me ſuis ornatiſſimis. ⁊ munificētiſſimis lr̄is ad ſe deuocauit. Quare ſiquid me vis facturꝫ in te eſt. Tu me optimo regi Alphonſō cōmendato. Uale. Ex Sena Idib⁹ Septēbrib⁹. M. cccc. xxxviij.

Frācisc⁹ philel. Rhaphaeli fuſcherario ſal.

TUam i me ſingularē beniuolētiā magnifacto. Quod autē hortaris: ꝓpediē ad vos eam: veniā eñ nō medio crit ab oib⁹ expectat⁹ Hortaris tu quidē (vt aiūt) equū lydū in campū. Quare etſi Senēſes deceſſioni meæ moleſti ſint: faciā tamē: intelligas: q̄ntū ad me pond⁹ tuæ amiciſſimæ lr̄æ habuerint. Uale. Ex Sena. Idib⁹ Septēbrib⁹. M. cccc. xxxviij.

Frācisc⁹ Philel. Lapo Caſtelliunculo ſal.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

NOn poſſum tuā diligētiā nō ꝓbare ⁊ fidē pietatēqꝫ er
ga me. Mones: īſidias caueā: eē em̄ quoſdā: q̄s mei
noīs ſplēdor offendat: ⁊ idcirco mihi exitiū machinari. Ego āt
q̄nq̄ꝫ nō ſum ignar⁹. qđ vulgo dicit̃ apud græcos. ΤΟ ΕΙΜΑΡ
ΜΕΝΟΝ ΑΦΕΞΙΝ. nihil tn̄ omitto: qđ meæ ſalutis īteresse putē:
Nā prudētis ꝯſilio fieri poſſe cenſeo: vt oīs vis nccitatiſqꝫ fa-
talis aut repellat̃: aut diuertat̃: aut leui⁹ ſaltē offendat. Tibi āt
gratias habeo. qđ omni in re te mei ſtudioſiſſimū præſtes Va
le. Ex Sena ꝑdie kal'. Octobres. M. cccc. xxxviij

Fr̄aciſc⁹ philelfus Leonardo arretino ſal

QUanqꝫ ſcio meos oīs familiares l' nulla mea ꝯmēdati
one tibi eē ꝯmēdatiſſimos: nō tn̄ omittā: quin abs te
petam: atqꝫ cōtendā. vt ſine me ames. Lapū noſtꝝ ꝓdoctū ⁊ ꝓ-
diſertū viꝝ quibuſcūqꝫ reb⁹ poteris ita tractes: vt ītelligat meā
apud te ꝯmēdationē plurimū valuiſſe. Vale. Ex Sena ꝑdie
kal'. Octobres. M. cccc. xxxviij.

Franciſc⁹ philelfus. Leonardo arretino ſal.

QUidquid ſarol⁹ pratēſis auditor noſter ṽbis tibi meis
expoſuerit: ſic habeto: ac ſi corā ipſe tecū loquerer. Ni
hil eſt em̄ dictur⁹ tibi: qđ ab me nō dicendū acceperit. Vale Ex
Sena kal'. Octobribus. M. cccc. xxxviij.

Franciſci Philelfi Epiſtolaꝝ liber Tercius

Fraciſc⁹ Philelfus. Fraciſco Sphortiæ Imperatori ſalutem:

QUod antea īſtituerat ꝯſiliū magnie Impator
feſtinat h̄ tpe nccitas Nā cū ab hūaniſſima ſo
cero tuo Philippo Maria diuīo ꝑncipe eſſem
nuꝑ ornatiſſimis lr̄is vt ad ſe irē: q̄ꝫ liberaliſ
ſime īuitat⁹. ⁊ id me factuꝝ ipe recepiſſem: de
creuerā eq̄dē anteaq̄ꝫ Mediolanū ꝯcedere. te viſere: ⁊ patriā:
q̄ beniuolū ī ſe alt̃: altera ḡtū me eē expiret. Et em̄ p̄riæ oīa de-
beo: ab q̄ geit⁹. alt⁹ educat⁹qꝫ ſum Tibi ṽo ob ꝑſtātē aī tui ꝓbita
tē īauditāqꝫ magnitudinē iā pridē incredibili q̄dā beniuolētia
obſeruātiaqꝫ afficior Sꝫ mea hæc aī ſn̄ia turbat̃ his rumorib⁹
ac nūcijs: q̄ de tua ī Tholētinatꝫ meos ira obſidiōeqꝫ afferūtur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

Nunciatᷣ eñi vulgo te infeſto agmine ingẽtiqꝫ rerum omnium
et formidabili apparatu ꝓceſſiſſe in Tholẽtinatem agꝝ. Eoqꝫ
igni ferroqꝫ vaſtato obſidere oppidum: atqꝫ ipſis ciuibꝰ nõ capti
uitatem ⁊ ſeruitutem modo: ſʒ omnem contumeliam cædemqꝫ
minitari. Quæ quidem ipẽ audiẽs æque miratꝰ: ac dolui. Qui
eñi fieri pt: vt tãta ⁊ tam eximia ꝩtꝰ tua quicqꝫ audeat vel ꝑpe-
trare. vel moliri: qꝺ non ſolum ab animo magno elatoqꝫ abhor
reãt: verumetiam iniquum ſit ⁊ tetrum. ⁊ imane: Nunqꝺ ludi
brium illis necemqꝫ miniteris: ꝗ ⁊ forti animo. ⁊ iuicto patriã
ſalutem dignitatemqꝫ tueanᷣ: At eos omnis ꝗ ſe ꝓ patria deuo
uiſſent in magnis viris habẽdos eẽ vniuerſa canit antiqtas An
id facturꝰ es: quoniam tibi Tholẽtninates aduerſi ſunt: tuoſqꝫ
vehemẽtiſſimos conatꝰ pertinaciꝰ remoranᷣ: At nõ ſolum qꝺ
tibi cõmodum ſit: ſʒ quid illis cõueniat: debes ꝯſiderare. Nam
quoꝝ fidem putes ĩ te certaꝫ fore: ſi quos ꝑfidos ĩ ſe fuiſſe ꝯgno
ris: Qꝺ ſi apud barbaros etiam ꝩtutem interdũ venerabilẽ ex-
titiſſe accipimꝰ. qꝺ tibi faciũdum ſit: cogita: ꝗ ad laudem : ꝗ ad
gloriam natꝰ ſis. Es ne oblitꝰ lõge magis arte atqꝫ beneficẽtia:
qꝫ aut minis aut etiam vi ⁊ parari. ⁊ ꝯſeruari regnũ Quibuſnã
rebꝰ Cyrus a Medis imperium ad perſas trãſtulit: Nõne in
duſtria. ⁊ animi magnitudĩe: Quibꝰ Alexãder ad Gangen vſqꝫ
penetrauit: Nõne prudentia: ac benignitate: Quibꝰ tãdem. G.
Juliꝰ Cæſar orbis terræ ꝑncipatũ adeptꝰ eſt: Nõne conſilio. ⁊
Clæmẽtia: Nam Romulꝰ qꝫdiu humanum ſeſe. ⁊ mãſuetum
præſtitit. qſi numen ĩ terris eſt habitꝰ Cum primũ imperioſius
voluit rebꝰ vti: ab ijs in illum ſæuitum eſt. qbꝰ carior eẽ iucũdi
orqꝫ debuerat. An vltimo te delectat. qꝺ aliqꝺ fortaſſis aduer-
ſus te (id qꝺ tamẽ haud ꝯceſſerim) Tholẽtinates conati fuerit
At vlciſci fœminaꝝ philoſophi nõ magnimi ꝑncipis. nõ Frã-
ciſci Sphortiæ eẽ volũt. Audi qſo ſapiẽtẽ illũ Macedoniæ re
gẽ Philippũ Alexãdri patreꝫ. ꝗ cũ vrbes græciæ ꝗ malo in eũ
aĩo eẽ viderenᷣ. atqꝫ nouis rebꝰ plærũqꝫ ſtuderẽt: qdã ꝯſulerẽt ꝓ
ſidijs eẽ ꝯtinẽdas. rñdit. malle pulchꝝ ſe lõgum tempꝰ: qꝫ he-
rũ breue appellari. Intelligebat eñi rex prudentiſſimꝰ ea eẽ tutiſ
ſima ꝓſidia munitiſſimaſqꝫ arces. ꝗ in hoĩm beniuolẽtia charita
teqꝫ fundatæ ac firmatæ forent. Nam aduerſus iuſtũ ideẽqꝫ cõ
mune oĩm odium nullæ vires eẽ. nulla ingenia ſatis ꝑſñt. Qua
re idem Philippus eos qui amarius Athenienſibꝰ vtẽdum eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

cõſulerẽt. inſanire dicebat. q̊ hoīem. q̇ ad gloriam omnia agẽdo
patiẽdoq; referret. gloriæ theatꝝ iuberẽt amittẽ. Non em̃ quo
niam ſe liberos Athenienſes. q̄ ſeruos mallẽt. dignos rex præ
ſtãtiſſim⁹ cenſebat. in quos grauius animaduertẽdum eẽt. De
rito is igit̃ optimoq; iure a Theophraſto tradit̃ nõ ſolum gene
re ⁊ dignitate regia. ſ; etiam tum fortuna tum moribus maioꝝ
cæteris regib⁹. ac moderatior extitiſſe. Idem quoniam populo-
rum ingenia moreſq; callent. admonebat nõ abſurde Alexandꝝ
filium. vt ⁊ blande ſeſe vtẽdum Macedonib⁹ gratioſeq; præſta
ret. quo multitudīs ſibi vires compararet. Capiuntur inquam
animi populoꝝ nõ minis. nõ terrorib⁹. non vi. ſ; cum alijs nõ
nullis humanitatis officijs. tum blandicijs maxime quib⁹ cum
minus apte Scipio ille poſterior Africanus olim vteret̃. repul
ſam habuit cõſulat⁹. Itaq; ſiquid præter volũtatem tuam p̄n
ceps inclite Tholentinates auſi fuerint. tuũ eſſe duco nõ modo
nõ vlciſci. ſ; ⁊ ignoſcere potius ⁊ eoꝝ tibi animos mãſuetudīe.
facilitate. ⁊ beneficijs deuincire. Sin autem nihil fuerint auſi.
quid tibi faciundum rear. intelligis. Nunq̇d es oblit⁹. quid ro
manis Priuernatium legat⁹ ille reſpõderit. cum a quodam tri-
ſtioris ſentẽtiæ auctore interrogaretur. quam pœnam meritos
Priuernatis cenſeret. eam nihil veritus inquit. quam ij meren
tur q̊ ſe libertate dignos cẽſent. Rurſuſq; vbi cõſul mitius ſubdi
diſſet. Quid ſi pœnam remittim⁹ vobis. qualem nos pacem vo
biſcum habituros ſperem⁹? Tunc idem legat⁹ eadem animi vul
tuſq; conſtantia ſi bonam inq̇t dederitis. ⁊ fidam ⁊ ꝑpetuam. ſin
malam: haud diuturnam. Quib⁹ quidem ferociorib⁹ dictis nõ
modo nõ ſunt ad iracũdiam vltionem ve incenſi romanoꝝ ani-
mi. ſed Priuernatis poti⁹ omnis dignos iudicarũt. quib⁹ ciui-
tas daret̃. Intelligebãt ſane viri ꝑmagni illi ⁊ ſapiẽtes tãtam
eſſe ꝟtutis vim. tãtam maieſtatem. vt in hoſtib⁹ quoq; gratiam
mereret̃. Num metui tu fortaſſe q̄ diligi malis? Optime natu
ra prouiſum eſt. vt metũ ſemꝑ odiũ ꝯſequat̃. At diligi ⁊ amari
nunq̄ poſſis. niſi ⁊ iuſtiſſimũ te beneficẽtiſſimũq; præſtiteris.
Iuſtus vero ac beneficus eẽ nequeat. q̊ aut alijs vltro nocuerit.
aut modum reb⁹ ſuis ſtatuere. vel noluerit. vel neglexerit. Qua
re Frãciſce Sphortia ꝑ magnitudinẽ animi tui plæclaraſq; ꝟ
tutes oro. atq; obteſtor. vt iram hãc iſtã oẽm. ſiquam tãdem in
Tholentinatis meos irã conceptã habes. mitiges. ac places. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

oēm deniq̄ ꝑturbationē: q̄ ↄſilio ꝓrſus rōni iq̄ aduerſatᷣ: ꝓſter-
nas: atq̄ abijcias Nemo ſcit alijs iꝑare: q̄ ſibi iꝑe nō p̄t Nul
la victoria maior ē: nulla illuſtrior: q̄ ſeipm̄ vincē. Violētū ni
hil ē diuturnū. Pricipat⁹ ille ꝛ firm⁹ ſane ꝛ ꝑpetu⁹ eſſe ↄſueuit:
quē tum ꝓbitatꝫ egregiū æq̄tatiſq̄ exēplū ꝑpererit: tū ꝑgrata
placabilitas aīi munificētiaq̄ munierit. Quis illō Alcamenis
dictū nō iure laudarit: q̄ cū a q̄dā rogaretᷣ: q̄nā pacto regnū op-
time q̄s ſuauerit: ſi multi: ait: lucꝝ nō fecerit. Nam neq̄ certe
magni eſt animi admirari diuitias: ſꝫ ſummi poti⁹ viri ē oīa: q̄
vel corꝑi: vel fortunæ ſubiecta ſunt: īfra ſe ducē. Anim⁹ eīm no
bis diuin⁹ eſt idēq̄ ſempitern⁹ Cætera ꝟo mortalia quæq̄ ſunt
et ad breue tp̄is curriculū duratura. Rationi ſꝑ: nō cupiditati
parēdū eſt. Illa eīm oſtēdit in ꝑmis: q̄ntū nos reliq̄s aīantibus
antecellim⁹ Nil rcē geri p̄t: qđ cupiditatꝫ geratᷣ ductu. Is ſol⁹
in magnis viris habēdus eſt: qui qđ deceat: qđ oporteat: facit.
Qđ ſiq̄s a me quæſierit: q̄d facē oporteat bonū ꝑncipē: facile cō
ſtāterq̄ reſpōderim: nō qđ temere vulg⁹ ſolet. ꝛ amicis bn̄facē.
et malefacē inimicis: nā id tyrānoꝝ eſt ꝓpriū: ſꝫ qđ prudentiſſi
me Ariſto ille lacedemonius: qđ ſapiētiſſim⁹ Socrates aliq̄n
cōſueuit. tum amicis bn̄facē: tum inimicos reddē amicos Bu
ſyris. Ariſtotim⁹. Phalaris nō amicis. ſꝫ inimicis ſoliti ſunt
malefacē At iſtos iſtorūq̄ oīs ſil'es: intᷣ īpios īmaniſq̄ tyrānos
reponim⁹. Auguſt⁹ vero ꝛ. B. Iuli⁹ Cæſar cæteriq̄ huiōi qui
in amicos benigni. ꝛ ī ipſos inimicos clæmētiſſimi extitiſſent:
diuīos honores meruē. Nōne Chriſt⁹ Ieſus hūani redemptor
generis etiā ꝓ ijs orauit: a q̄b⁹ tradit⁹ morti eēt: Quib⁹ certe ip
ſis vel rōib⁹ vel exēplis etſi facile adducebar nihil de te tali ac tā
to ꝑncipe aduerſus meos Tholētinatis verendū eſſe: qđ a ſapīa
et ḡuitate: qđ a iuſticia ꝛ æq̄tate: qđ a moderatiōe ꝛ mā ſuetudi
ne: qđ ab aīo excelſo ꝛ bn̄fico alienū fuerit: meas tn̄ partis eē cē
ſui: vt ꝛ ꝓ mea ī te fide. ꝛ ꝓ ea: quā patᷣæ charitatē debeo: q̄d ti
bi optimū factu exiſtimarē: q̄nquidē pn̄s corāq̄ nō poterā: lit
teris ſaltē oſtēderē: ſic eīm nō vt mihi mens fuerat: ſꝫ vt neceſſi
tas atq̄ tēp⁹ tulit. ꝛ viſere te quodāmodo ac tecū loq̄ ſum viſus
Tu velim: quæq̄ ab me dicta ſunt: ī bonā ꝑtē dicta īterp̄teris
Nō eīm me tua min⁹: q̄ patriæ cauſa: vt hæc tā familiaritᷣ ad
te ſcriberē: hortata ē. Nā ꝛ amo te vnice: ꝛ delector mirifice tu
is laudib⁹; q̄s nequa nō dicā infamiæ ſꝫ ne ſuſpiciōis q̄dē labe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

polluí patiare: ſummis precib⁹ abs te peto. Uale princeps flo-
rentiſſime: ꝛ ſiquid in me eē aīaduerteris: quod vel vſui tibi ali-
quādo vel voluptati futuꝝ putes: id omne tibi deditū deuotūq̃
intellige. Ex Sena pridie Nonas Octobres. Anno a natali
Chriſtiano. M.cccc.xxxviij.

Frācīſc⁹ Philelfus Leonardo Juſtiniano ſal.

IGnoſce breuitati līaꝝ meaꝝ. Nam repentina tabellarij
abitio nō eſt paſſa: vt tecū lōgioꝛ fuerim. Qđ aūt ad rem
attinet: vera tibi renūciata ſunt de mea ad Philippum ducē abi-
tione. Nō eni̅ Senæ ſine periculo eē poſſum ppt̄ ſicarios flo-
rētinos: q̄ nulla mea culpa meæ vitæ inſidiant̄. Uerū anteaq̃
pficiſcar Mediolanū: ſum Bononiæ cōpluſculos mēſis actu-
rus. Inde ad te dabo ꝛ crebrioꝛis ꝛ lōgioꝛis lrās. Uale Ex Se-
na. Idib⁹ Octobrib⁹. M.cccc.xxxviij.

Frācīſc⁹ philel. Catoni Sacco Jurecōſulto ꝛ Oratoꝛi ſal.

REdditæ mihi ſūt lr̄æ tuæ Cato mi dilciſſime: nō Se-
næ: ſʒ Bononiæ: quo venerā ad. xvij. kal'. februarias
Ut maturē ad vos aduētū meū: nō ē i me ſʒ i pncipe iſto nr̄o:
qui ſi fecerit: vt id mihi facē liceat p bononiēſis: q̄b⁹ obſtrictus
ſum ad Auguſtum vſq̃: cōtinuo te videbo. Uale Ex Bononia
Idib⁹ februarijs. M.cccc.xxxviij

Frācīſc⁹ philelfus Aeneæ ſiluio ſal.

ET bene valere te: ꝛ ſecūdioꝛem iam tibi aſpirare fortu-
nam: lætoꝛ maioꝛem inmodum. Quod autē ſcire cu-
pis: q̄d in cauſa fuerit: vt relicta patria tua Sena: vbi ꝛ paca-
tiſſime agebam ꝛ commode: inter diſcoꝛdiaꝝ Bononiēſium di-
gladiationes me recœperim: dicam tibi. Qualis quātoſq̃ inui-
dentiæ æſtus Floꝛētiæ paterer: præſens ipſe olim coꝛamq̃ vi-
diſti. At ludus erat: qđ per id tempoꝛis patiebar incōmodū ad
eas ærūnas: quas q̄ſi alcides q̄dā: pferre poſtea ſum coact⁹ Nā
poſteaq̃ nulla aut iuris aut æqui ſimulatiōe pditiſſimoꝝ hoīm
rabies nocē mihi potuiſſʒ. ad arma cōcurſum eſt. Paratoq̃ ſi-
cario ære nō puo: mane cū i publicā illā: quā noſti: Alcademiā
docēdi gr̄a pgerem: ex occultis īſidijs in me nihil tale neq̃ cauē-
tē: neq̃ cogitantē impetus fact⁹ eſt. Erat ſicari⁹ togat⁹ floꝛenti-
ni mercatoꝛis moꝛe: ne poſſet agnoſci: q̄ educto repente lōgioꝛe
gladio: q̄ toga tegebat̄: cuſpidem mihi direxit in pect⁹ Tranſfo-
diſſetq̃ me oīno: niſi dextera manu facto pugno in eius pectus

illico magna vi irruiſſem Itaqꝫ a ꝓpoſito loco ictus ille aberrãs
in ſiniſtꝝ brachiũ me ꝑcuſſit omni illæſum vulnere Elãguerat
em ictus. qm̃ ille a me reiectus pugno paululũ eẽt amotꝰ. Qui
rurſus ſublato gladio. quo me acie feriret in caput. ĩ faciẽ me ꝑ
cuſſit. Qui fuerit ſicarius. notũ eſt. a quibꝰ autem cõductꝰ etſi
nihil habeͭ certi. ĩfamia tñ in Medices repit ⁊ Coſmum. quo-
niam nõ ſolum eiꝰ factio mihi ſemꝑ aduerſaret. ſed etiam Lau-
rentiꝰ frater aperte multa aduerſus me agẽt. Paucis poſt mẽſi
bus ob ciuilis diſcordias idem Coſmus ĩ carcerem ꝓmo cõiectꝰ
eſt. dein relegatꝰ ad Venetos ſine alia prorſus illa ciuiũ offenſi
one Et ita ciuiles diſcordiæ tãtiſper quieuere. donec in poſterũ
annum ijs pecunia corruptis: qui ſumme reip. præerãt Coſmꝰ
in vrbem reuocat̃. Tum iura diuia oĩa humanaqꝫ ꝯfunduntur
Optimates oẽs alij relegant̃. alij ꝓſcribũtur. Hinc direptiões
latrocinia. cædeſqꝫ ſequũtur. Quæ ipe intuẽs. aĩaduertẽſqꝫ. q̃n
to cum periculo in tãto florẽtiæ naufragio forem. q̇ antea ĩ ſum
ma. vt ita dixerim. malachia naufragus extitiſſem. ſubduxi me
et ab imminentibꝰ tantorũ fluctuũ vorticibꝰ in Senenſis tuæ
reip. tanqꝫ ib portum aliquem maxime opportunum deuolaui.
Hic autem cũ ⁊ trãquille ⁊ honorifice vitam agerem. neqꝫ de re
florẽtina vlla mihi prorſus cura eẽt præter humani cõmiſera-
tionem ingenij. menſe decimo ex quo Florẽtia deceſſeram. nulla
mea neqꝫ culpa. neqꝫ culpæ ſuſpicione. tãtum potuit inimicoꝝ
cõiuratio. vt ipſe quoqꝫ inter ꝓſcriptos ciuis optimatis ꝓſcri-
berer. id quod vt accepi. vniuerſæ ciuitati fuit moleſtiſſimum
auditu. Quin in ꝓximum inde annũ miſſus eſt ſenam. vt me ĩ-
terimeret. idem ille ſicarius. q̇ ab eadem ordĩatꝰ coniuratiõe ĩ fa
ciem mihi vulnus inflixerat. Hic Philippus eſt vocatꝰ. patria
natꝰ caſale fluminenſi. ⁊ patre Thoma. ⁊ auo Bruno. q̇ etiam
ipſi ambo notiſſimi habiti ſunt ſicarij. Aberam ꝑ id tꝑis ad pe-
triolanas balneas. idqꝫ nõ tam vlla mea vel nccitate. vel delcã
tionis quidem grã. qꝫ diuio quodam cõſilio. vt certo puto Nã
eo ſum ꝓfectꝰ ſola viſendi cauſa. Solet em̃ plærunqꝫ oĩpotens
deus. quo de ꝑſeuerãtibꝰ in malignitatem facinoriſqꝫ hoibꝰ ali-
quãdo ſuppliciũ ſumat: certas quaſdam eaſqꝫ occultas parare
vias ad vindicãdum. Cum eiuſmodi ergo t ꝑe ſicarius Philip
pus Senam veniſſet. neqꝫ me vſquã videret. adit præclaꝝ in
philoſophia virum ac medicũ prudẽtiſſimũ Petꝝ Ioãnetum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

q̃ ex patria Bononia pulcherrimis præmijs accerſitꝰ medicinã
docebat: vt nũc etiam docet in eiꝰ Urbis publico ſtudio. Ex eo
quærit: ⁊ qua in vicinia ipſe habitarem. ⁊ vbi docerem. ⁊ quot
mecum ducarem comites. ⁊ quãtum valerem gratia apud ciuis
Ad quæ ille: vt eſt vir calẽtiſſimꝰ æque atq; acerrimo ſtrenuiſſi
moq; ingenio: inſpecto hoĩs vultu ⁊ cõſiderata ṽboꝝ temerita
te: ſinglłatim ea reſpõdit: quæ mihi vſui fore arbitraret̃. Eodẽ
q; die lr̃is me de ea re omni commonefecit. Quare Senam vbi
cõtinuo reuertiſſem: ex illoq; liquidius rem omnem coram di-
dicissem: mox adeo præfectum præſidij: quem capitaneum vo-
cãt. Honofrium trifernatem cognomẽto virilem: hoĩem ſubdo-
lum ⁊ fallacem. Huic rem ipſam: vt habet: expono: ⁊ omnia ſi-
carij ſigna do: qualia et a Petro Jagãneto didiceram ⁊ ipſe quo
q; dum illum interambulandum obuiam habeo: agnoſco. Re-
ſpõdet cõtinuo veterator ille ⁊ fraudulentꝰ latro Grates habeo
ſempiternas mi pater obſeruãtiſſime Philelfe immortali deo: q̃
mihi cauſam præſtitit: quo tibi aliq̃ officio meo rem dignam g̃
tificarer. Nam iam p̃dem cupiebam occaſionez offerri mihi mo
rem gerẽdi tibi. Hominem actutũ comprehendam: compræ-
henſumq; torquebo ita: vt vel cõcoctum cibum omnem ei eruã
e ſtomacho. Quem ſi conſcium cuiuſpiam aduerſus te perpetrã
di facinoris offendero: vita p̃uabo. Sin minꝰ offendero: miſſum
faciam inquiẽs: aberraſſe me in ſe capiundo: non eñ illum eſſe:
quem quærebam. Fateor equidem mi Aenea vel ex ijs ṽbis me
illico de hoĩe ſuſpicatum monſtri neſcio quid Ceteꝝ quoniã
ſatis mihi de ſicario compertum videbat̃: egi homini gratias de
optima erga me volũtate. Capit̃ ſicarius eodem veſperi. Captꝰ
torquet̃. ⁊ mei interimẽdi cauſa ſe miſſum cõfitet̃. Idq; Hono
frius cõtinuo palam fecit. Sed ab quo miſſus foret: reticeſcit.
Nec ſicarium plectit. Sz differt animaduerſionem: modo ali
am cauſam obtendens: modo aliam: at veriſimilem nullam. In
terea temporis increbreſcit: nõ ſolum apud me ſed apud nõnul
los grauiſſimos ciuis tuos. Honofrium tifernatem cõmutaſſe
philippum ſicarium cum prætura florentina Nihil eſt eñ apd̃
florentinos ⁊ vſq; adeo ſecretum atq; arcanum: qd̃ minꝰ q̃ pri-
mum effluat: ita ſunt omnes tanq; rimarum pleni. Qd̃ rumo
ribꝰ fuerat diuulgatum: ipſiꝰ tandem rei iuentꝰ approbat Nam
paulo poſtea florẽtiæ prætor declaratꝰ eſt. Honofrius tifernas

Sed redeo ad Sicarium. Mulctauit hunc honofrius libris
quingentis. Erantqꝫ multo antea paratæ pecuniæ: quibus ille
carcere liberatus remitteretur florentiam. Et quod ridiculoſi-
us fuerat: in ſententia: quam impudentiſſimus latro aduerſus
ſicarium tulerat: dicebat illum ad id facinoris perpetrãdum fu-
iſſe corruptum grandi pecunia ⁊ magna remuneratione. ab quo
autem ab quibuſue corruptus fuiſſet: ſubticuerat. Cæterum lõ
ge ſe ſua de ſceleratiſſimo ſicario liberando fefellit opinio. Nam
ego iniuriarum agens prouocatione ſum vſus ex tuæ patriæ
inſtitutis ad prætorem Itaqꝫ ea omnis cauſa ab honofrio latro
ne deuoluta eſt ad Iacobum conſtantium ſiculum ex Meſana
qui vir innocentiſſimus ⁊ grauiſſimus ea tempeſtate prætorem
gerebat Senæ. Hic ſi potuiſſet cauſam ex integro cognoſcere:
non obſcure patuiſſet: ⁊ qui fuiſſet auctor florentiæ vulnerãdi
mei .et a quo idem ſicarius miſſus Senam cẽt ad me interimẽ
dum. Nam florentiæ quoqꝫ patuit de ſicario: patuit de licitato
re conductoreqꝫ ſicarij. Is enim fuit homo impuriſſimus ac ne
quam Hieronymus brochardus immolenſis. Sed qui fuerit
facinoris auctores: qui mercedem quam pepigiſſent: ſicario diſ-
ſoluerit: in obſcuro ſunt: cum tamen monere plures Laurenti-
um medicem vna cum Nicolao ⁊ Carolo frequentare perſæpe
ſolitam omnium ſcelerum officinam infames ædis hieronymi
Brochardi per id temporis: qno ſicarius eſt conductus. Idem
qꝫ Laurentius medices Hieronymum coniectnm ob id ſcelet̃
in vincla carcere liberauit. ⁊ ab omni pœna tutatus eſt in maxi
ma etiam totius ciuitatis offenſione: quæ tota eam iĩuriam pu
blicam ſuamqꝫ ducebat. Sed vis magnitudoqꝫ pecuniæ longe
plus potuit: ac polluit: q̃ꝫ leges: q̃ꝫ æquitas: q̃ꝫ omne iuris pijqꝫ
vel officium: vel ſanctitas. vel decorum. Sed redeam⁹ ad præ-
torem. Is inqꝫ Iacobus conſtantius cum non poſſet ex inſtitu
tis patriæ tuæ eam de integro agitare cauſam: quam præfect⁹
cognorat: ſed augere pœnam dũtarat: quod potuit ſolum eam
Philippo ſicario dextram abſcidit publico iudicio: quæ me Flo
rentiæ vulnerarat in faciem: obtruncaſſetqꝫ hominem quo nece
ſua reliq̃s ſicarijs eẽt exemplo immanitatis ſuæ: niſi ego id fa-
ctum iri ꝓhibuiſſem: vtpote q̃ maluiſſem viuẽ illum vitã inuti
lem atqꝫ dedecoroſam: q̃ꝫ ꝑ expeditã mortẽ liberari animi crucia
tu: vt eñi magni eſt animi paruas ſuaſqꝫ iiurias obliuiſci: ita in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

ſti ⁊ ſapiẽtis de publico humani generis hoſte dignã aliquã ca-
pere vltionẽ. Cum igit̃ neq; pacate: vt audis: nec item cõmode
agerem Genue: viderẽq; quãto cũ vitę periculo int̃ gladios ve
nenaq; verſarer: nõ eñ deſuere: q̃ etiam domi auſi fuerũt me ve-
neno perdere. Bononiã eo cõſilio me recepi. vt paucos poſt mẽſis
Mediolanũ petam. futur⁹ apud vnicũ noſtrę tẽpeſtatis ſolem
Philippum mariam pͥncipem ſane oĩm: q̃ aut ſunt: aut fuerũt.
aut futuri ſunt munificẽtiſſimũ ⁊ optimũ. Apud hũc eñ nul-
lę mihi inimicoꝝ artes. nullę iſidię oberũt. Tot⁹ ero cum mu
ſis: tot⁹ cum amicis: tot⁹ mecũ. Q̃d aũt me hortaris: ne deſerã
ipſe me: ne cedã malignitati fortunę. Hortaris tu quidẽ ⁊ ami
ce ⁊ recte. Jam pridem animũ meũ noſti. Nõ is certe ſum: qui
me neſciã virum eẽ. Itaq; bono ſis aĩo: ꝑ me licet. Nunq̃ me
ignauię accuſabis: nec item inſolẽtię. Quin horatianũ pceptũ
illud ĩ vniuerſa tuebor vita: omne tulit punctũ: q̃ miſcuit vtile
dulci. Tu vero q̃d ad te attinet: facito me de oĩ re tua ſtatuq; cer
tiorem. Uale Ex Bononia. v. kal'. Aples. M. cccc. xxxix.

Frãciſc⁹ philelfus Joãni tuſcanellę ſal.

DE me q̃d flagitas ſcire. ad pͥmas ſtudij vacationes:
quas vocãt Mediolanũ ſum petitur⁹ eo quidem cõſilio
vt ſiquã mihi nobiliſſim⁹ ille pͥnceps ſpem lr̃is maximã pollice
tur: re ipſa iuenero: apud neminẽ malim. q̃; apud eũ vitã agẽ.
Sin ſec⁹ offendero: ad Uenetos me recipiã. Nã nihil incerti⁹
q̃; Bononię res ſecũdę. Quãto eñ fortuna blãdius videt̃ aſpi
rare: tãto magis aduerſi ventoꝝ flat⁹ metuendi ſunt. Uale Ex
Bononia. Idib⁹ Aprilib⁹. M. cccc. xxxix.

Frãciſc⁹ Philelfus. Alberto Zaucario ſal.

NOn vanum extitiſſe me ſomnij coniectatorem: res ip-
ſa liquido oſtendit Joãnem marium filium fugiſſe ab
me: noſti. Quo autem cum neſcirem: vbi per noctem: quę diẽ
fugę vigeſima quĩta ſubſecuta eſt: eſſem videre viſus eum Pla
cẽcię agere inter milites quoſpiam: poſtridie eius diei inſcenſo
equo cum duobus famulis verſus Placentiam iter capio: quo
cum ad biduũ peruenio: incido non longe a porta vrbis in Flo
riũ quendã Mediolanẽſem cognomẽto Nouatinũ: qui cũ fili⁹
Marius vna eq̃tabat. Florius cũ primũ me vidiſſ;: eq̃ deſcẽdit
Et me hõrifice ſalutato: dixit putare ſe nullã mihi feciſſe iuriã
quod meũ filiũ eripuiſſ; ex ꝑditoꝝ quorũdã militũ manibus eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

ſane cõſilio: vt eum agēt ad Antonellum Arcimboldum: q̃ mi
hi ob clariſſimum iurecõſultum Nicolaum arcimboldum frēm
ſuum meiqꝫ amãtiſſimum: væhement̄ foret affectꝰ: ob idqꝫ nõ
ſecꝰ filius meꝰ ei carꝰ futurus eēt atqꝫ mihi patri. Egi homini ğ
tiasvt par erat: filioqꝫ recepto Placētiam ſum ĩgreſſus paulo
ſupra meridiem: ea mēte: vt reliquum eiꝰ diei: quoniam forem
ex itinere fatigatus. conſumerem Cauponula quo diuerteram.
Venit ad me veſperi ſalutatum Petrꝰ platea: q̃ ea in vrbe ꝓ in
clito Mediolanēſium duce Philippo Maria ciuitati præeſt.
Qui vbi multa mecum ⁊ familiarit̄ ⁊ perhumane locutꝰ eſt: q̃ſi
uit: q̃ hora vellem in poſterꝝ diem Mediolanum petē: cui cum
reſpõdiſſem nõ eſſe me per id temporis Mediolanum petiturꝝ.
ſed Bononiam potius repetiturꝝ. ⁊ ad ꝑmas dein vacationes
ſtudij iturum Mediolanum: inſtitit illæ multis rationibꝰ ne
prius Bononiam reuerterer: ꝗ̃ iſſem ad Philippum Mariam
ducem ⁊ viſendi ⁊ ſalutãdi gr̃a. ab quo certo futurꝝ ſcirꝫ. vt ⁊ li
benter exciperer. ⁊ honorifice. Quare cum eiꝰ verbis colligerem
oportere me omnino ire ad ꝓncipem. neceſſitatem in volũtatem
verti. Itaqꝫ nudiuſterciꝰ Mediolanum ſecũda hora noctis in-
greſſus ſum itinere facto per agꝝ Ticinēſem. Hodie nõ multo
poſt meridiem adiui ꝓncipem. ab quo tãta cum humanitate. ac
tam honorifice. ſum exceptꝰ. vt me oblitum mei pœne reddide
rit. nõ tamē quod ob eam rem inſolentior factꝰ ſum: ꝗ̃ antehac
cõſueuerim Quin potius cum tãta me honoratione indignum
exiſtimo. facit. vt mecum ipſe cogitem. quidnam facē me opor-
teat. vt quam habet de me opinionem ea ſe nõ fallat oĩno. Cæte
rum ⁊ hæc ⁊ alia plæraqꝫ omnia ꝓpediem vna cõmētabimur.
Vale. Ex Mediolano. vi. Nonas maias. M. cccc. xxxix.

Fracīſcꝰ philelfus Aloyſio Crotto ſal

Quo diutiꝰ hic ſum. eo ſerius ad vos redibo Itaqꝫ rogo
te. vt ab humaniſſimo noſtro ꝓncipe mihi facultatē abe
ac ſingularem beneficentiam: quā cum iſtic
adeſſem: a vobis pulcherrime ſum ornatus
non minus ſuaui q̄ꝫ aſſidua recordatiōe me
cum repeto: nihil eſt: quod malle me debere
intelligam: q̄ꝫ ⁊ omnibus in rebus ⁊ apud
omnes mortales id pro virili parte præſtare: vt gratitudinem
animi mei certo aliquo argumento recognoſcatis. Quare cum
alias ſemꝑ tum maxime hoc tempore quid pro veſtri nominis
amplitudine ſummoq́ꝫ ſplēdore mihi ſtudendum cenſerim: vbi
breui oratione oſtendero: facile iudicabitis beneficioꝝ in me ve-
ſtroꝝ memoriam nulla neq́ꝫ temporꝝ longitudine nec fortunæ
varietate apud animum meum interiiſſe. Quibus enim in reb⁹
cumulatiores ſim vobis gratias relaturus: q̄ꝫ ſi ad ſplendidiſſi-
mum laudis munus dum vos ad decus ⁊ gloriam natos cohor-
tari perrexero: præcipuam in me quandam ſi non prudentiam:
fidem tamen ⁊ pietatem intueamini. Memini quibus ſex ānis
pulcherrime apud vos agerem: nulli⁹ rei magis populum Flo-
rentinum: q̄ꝫ dignitatis rationem habere ſolitum. Quare cum
vel de pace: vel de bello agerēt: tum conſilia omnia: tum decreta
ad dignitatem ſemꝑ referebāt. Qui ꝓfecto bene moratæ reipu-
blicæ mos iure mihi laudandus videri debet. Nihil em̄ nec vti-
le in vita: nec iucundum cenſendum eſt: quod honeſtate vacet.
Omnia quæ aut corporis: aut fortunæ ducūt cōmoda. ⁊ fra-
gilia ſunt planeq́ꝫ inania. vbi minus ad decus relata fuerint. Ita
q̄ꝫ vt omnis ꝩtus fructifera eſt ⁊ voluptatis plena. ita nihil ī bo-
nis aut expetendis ponendum eſt: quod a vera laude decedat.
Quo fit. vt ſi vos laudis quod eximiæ ꝩtuti debetur. ſtudioſi ī
primis vniuerſæ Italiæ paci tranquillitatiq́ꝫ conſuletis. ⁊ pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

cõſuetudine veſtra facturi ſitis ⁊ ornatiſſimi im̄ mortalitatis
nomẽ aſſecuturi. ¶ Quo tempore vobis eſt renũciatum de obi
tu Philippi Mariæ angli qui fuit vnꝰ omnium ꝑfecto q̄diu
vixit: noſtræ ætatis ꝑncipum atq; regum fortiſſimꝰ atq; ſapiẽ-
tiſſimꝰ quidam vir. Haud dubito: quin animum omnem a reꝝ
bellicaꝝ ſtudijs ad pacis ocium cõuerteritis. Nam ⁊ veſtro in-
genio mites eſtis atq; perhumani. ⁊ veſtræ Florẽtiſſimæ reipu
blicæ nõ belli: ſed pacis artes cõducere cõſuerũt. Nec eñ vnq̄
bella ſuſcipitis bellãdi cupiditate: ſed vt pacate poſſitis cum di
gnitate viuẽ: nec etiam cum primum illi optimo ꝑncipi bellū
intuliſtis: alia vos ratio vlla mouit q̄ huiõi honeſtæ pacis cõſi
lium. Cum eñ quo illiꝰ conatus tenderẽt neſciretis. ⁊ Immola
atq; Forumliuium ⁊ flaminiis capitæ vrbes haud iĩuria voƀ ſu
ſpicionem eiꝰ animi nõ mediocrem afferrẽt: quãdo ille tamẽ ni
hil alienum appetẽt: ſz partim eccleſiæ romane quam Bracius
ingẽti animo vir munitiſſimo firmiſſimoq; exercitu uitebat op
primẽ: partim rebꝰ ſuis cõſulere cupiẽs: quippe q̇ verẽtur homo
prudentiſſimꝰ bracij icremẽta in perniciem ſuam ⁊ exitium ema
natura: quam ipſam ſuſpicionem ꝑnceps callidiſſimꝰ Nicolaꝰ
æſtenſis admodum cõfirmarat: his rationibꝰ motus Philippꝰ
in Flaminiã miſerat vires ſuas: tum vltro vos: vt eſtis vni om
nium cautiſſimi nulla ne mĩma quidez iĩuria laceſſiti: animis ob
uiam ire aggreſſi eiꝰ conſilijs: quæ rebꝰ veſtris detrimẽtoſa fore
exiſtimabatis: diuturni. maximi. calamitoſiſſimi belli fuiſtis au
ctores. Qua quidem in re nõ modo accuſandi nõ eſtis: ſz tolerã
di potiꝰ Nam cum q̇d ille animo verſaret: vos latẽt: videretiſ-
q; vrbes finitimas in illiꝰ poteſtatem actas: nec eſſetis obliti: q̄
ancipiti ⁊ periculoſiſſimo bello cum eiꝰ patre Johãne Galeacio
clariſſimo ⁊ potẽtiſſimo ꝑncipe dimicauiſſetis: prudẽtiæ veſtræ
munꝰ eſſe duxiſtis prius occurrẽ eiuſmodi conatibꝰ: q̄ pati: vt
magis in dies magiſq; inaleſceret. Quãto autem in diſcrimine
vtrinq; verſata deinde res fuerit: vniuerſa nõ modo nouit: ſz eti
am ſenſit Italia. At vbi maximꝰ ⁊ optimꝰ ille dux naturæ vel
intempeſtiue cõceſſit: ac viri Mediolanẽſes vt ſunt excelſo atq;
inuicto animo: in libertatem ſe vindicarñt: cõtinuo declaraſtis
et id quidem certiſſimis argumẽtis nihil eẽ vobis ⁊ veſtra ⁊ Ita
liæ pace neq; optatiꝰ nec iucũdius. Nullo eñ pacto fieri poteſt
vt ſiquam præpotẽtem Italiæ aut vrbem; aut regionem belli

fulmen inuaſerit: quieto ipſi animo eſſe poſſitis. Itaqꝫ pacis et
trāquillitatis bono. quod ſplendidiſſima hæc potētiſſimaqꝫ reſ
publica maxime omnium affectabat: omni opera ⁊ īduſtria ſtu/
duiſtis. ⁊ ita ſtuduiſtis: vt quantum in vobis fuit: nullæ diu/
turni ardentiſſimiqꝫ belli ſcintillæ relinquerentur. Cumqꝫ diui
no etiam conſilio quodam fieri videretur: vt qui honeſtam pa/
cem minus admitterent: duriſſimis euentis pugnæ perſæpe af
fligerentur: iam eo loci deducta res erat: vt non minus q̄ꝫ Me/
diolanēſes cæteri quoqꝫ pacem expeterent. Quod cum ſedulo fi
eret: ac iam propediem tempeſtas omnis procellaqꝫ belloꝝ tur/
binem omnem amiſſura vimqꝫ putaretur: ecce repente infœlici
neſcio quo ſydere inopinati quidam turbulentiſſimiqꝫ fluctus
inſurrexere. Franciſcus enim Sphortia magno ⁊ elato animo
vir atqꝫ rerum bellicarum gloria cūctis noſtræ tempeſtatis du
cibus longiſſime antecellens a Mediolanenſibus quorum copi
is exercitibuſqꝫ præerat: ſeſe abduxit: ⁊ ita fato neſcio quo abali
enauit animum: vt quæ in hoſtes conſueuerat: in homines ami
ciſſimos ⁊ optime de ſe meritos infeſta arma conuerterit. Nec
me ſane dubitatio vlla tenet tantum illum. ⁊ tanta laude virum
non tam libidine dominandi (quæ non nullos ſæpe tranſuerſos
agit) q̄ꝫ hominum quorundam minime ſibi amicorum inductu
a priſtino inſtituto in huiuſmodi ſuſpicionem incidiſſe. Putat
enim Mediolanenſes cum Venetis aduerſus ſe machinatos ī
ſidias. Sic igitur ſuauiſſimū Italicæ pacis ocium tamdiu mul
tūqꝫ deſideratum. quo tempore poſtliminium feciſſe credebatur:
deteriore cōdicione tanquam ſedibus ſuis extruſum duriſſimis
bellorum cathænis premitur Huic autem tantæ ⁊ tam acerbæ
rerum difficultati quibus mihi remedijs occurri poſſe videatur
paucis dicam. Quid Franciſcus Sphortia aduerſus hāc præ
ualidam ampliſſimamqꝫ rempublicam aut ſperare poſſit. aut de
ſperare: nemo eo melius nouit. Quid rurſus Mediolanēſes de
illius conatibus aut metuendum ſit. aut audendum: neſcij cer/
te non ſunt Ad hæc ea vtroſqꝫ prudentia eē puto: vt neqꝫ velit:
quod nequeant conſequi: nec quod queāt: nolint. Sed animis
perturbatis recte iudicare nunq̄ꝫ licet. Nam vel cupiditate. vel
ægritudine ita diſtrahūtur interdum: vt ſui compotes eſſe non
poſſint Quinetiam tantæ quādoqꝫ pertinaciæ ſeſe mortales ob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

noxios faciunt: vt ſcientes videnteſq; præcipites ruere: quam
ad ſanitatem redire malint. Pluſq; alet quandoq; amicorum
apta ⁊ ipſi permotioni accommodata prudenſq; ſuaſio: quã for-
tiores vllæ firmioreſq; rationes: quæ ſe intempeſtiuas obtule-
rint. Itaq; vnos omnium vos iudicaui principes Florentini:
qui tantam hanc: ⁊ tam illuſtrem: præclaramq; prouinciam ꝑ
veſtra in vtrumq; ⁊ Mediolanenſem populum et Franciſcum
Sphortiam ſingulari beniuolentia ſuſciperetis. Ea enim eſt ſa
pientia: eo rerum humanarum vſu: ea peritia: vt nihil omnino
non modo ad ſuadendum: ſed ne ad perſuadendum quidem vos
queat præterire: quod mortales reliqui omnes norint. Quare
et hortando. ⁊ monendo: ac etiam ſi vſui fuerit: accuſando: oran
doue facile apud homines amiciſſimos: omnia quæ voletis: cõ
ſequemini. Nam cum vtriq; ſint exiſtimaturi vos vt amice et
prudenter: ita etiam fideliter atq; pro officio rebus ſuis conſule
re: facile ſint in veſtram ſententiam ituri Quod etſi vobis facil
limum factu futurum eſt: tamen ſi difficillimum quoq; laborio
ſiſſimumq; foret: veſtri muneris ac laudis ducere debetis: quid
qnid honeſtum ſit: a vobis curari oportere. Nam cum ad vir-
tutem nati omnes ſimus: nihil poſſumus ſine repræhenſione
omittere: quod decus aliquod præ ſe ferat. Quid autem pul-
chrius: quid laudabilius: quid immortalitate dignius: quam
inimicicias tollere? quam benefacere? quam iniuriam propulſa
re? Noune ſatis viri boni laceſſuntur iniuria: cum infertur cui-
quam iniuria vel ignoto? Homo enim hominis cauſa natus eſt
Nec ille humanus ducendus eſt: qui humanitatis officium ne
glexerit. Quod ſi gratiam inter homines vobis amiciſſimos re
conciliabitis: quantã etiam vniuerſæ Italiæ gratiam ſitis. nõ
obſcure ex præſentibus incõmodis cõiectare vobis licet. Quot
enim circumquaq; ſtrenui ⁊ pecunioſiſſimi viri. qui ſubſtãtias
ſuas aut in mercatura: aut iu vectigalibus haberent occupatas
ob hanc bellorum calamitatem decoxerunt? Nec Id in Italia
ſolum: ſed per omnem fere Europam? Nam cum propter bello
rnm aut periculum. aut metum. ⁊ non nũquam etiam detrimẽ
tum reſponderi cõuentis nequeat: neceſſario fides apud mercato
res. apud mẽſarios. apud publicanos concidit. id quod non ſo
lum calamitatem multis: ſed ignominiam quoq; affert latinis
oib⁹ Siquis eñ vir latini nois: q̇ vel ĩ Gallis. l'in Germanis

Vel in Gotthalanis mercaturiam menſariãue exercet: vel aliud
quicq̃ quod ad rem pecuniariam pertineat: apud exteras natio
nes agit: coactꝰ turbationum Italicaꝝ difficultate: fidem ad cõ
ſtitutum tempꝰ quibꝰ debeat: præſtare nequiuerit: vniꝰ aut pau
coꝝ culpa vniuerſo latinoꝝ nomini aſcribitꝛ. Neqꝫ em̄ pauci ſũt
homĩes Itali qui ad Britãnos ꝛ Dades vſqꝫ ꝛ per vniuerſum
prope terraꝝ orbem diuerſis in negocijs pecunias tum ſuas: tũ
alienas habent implicatas: quas vbi explicare ꝓpter haſce cala
mitates facultas nõ erit: decoquãt: neceſſe eſt. Quæ certe res nõ
decoctoribꝰ modo: ſꝫ locupletiſſimis quoqꝫ ꝛ illuſtribꝰ Italiæ ci
uitatibꝰ non mediocre detrimẽtum atqꝫ decꝰ allatura eſt. Nec
em̄ vniꝰ vrbis ciuis magna vlla rei pecuniariæ iactura affici poſ
ſunt quo minꝰ reliquæ etiam clariſſimæ Italiæ ciuitates eodẽ
premantꝛ incommodo: cum intꝛ ſeſe inuicem ꝛ cõtrahũt ꝛ mercã
tur. Huic autem tali tãtoqꝫ detrimento atqꝫ turpiſſimæ famæ
notæ aliud remedij nihil afferri poſſe ĩtelligo: q̃ſi dederitiſ operã
vt viri vobis amiciſſimi mutua intꝛ ſe odia armaqꝫ deponãt: ma
lintqꝫ æquo ꝛ bono q̃ cupiditatis facibꝰ parere. Quis em̄ aude
at in Italia vllas belloꝝ flãmas excitare: vbi ꝑmariæ ãpliſſimæ
q̃ vrbes ꝛ vnꝰ Frãciſcꝰ Sphortia tantꝰ ꝛ tãta ꝓbitate ꝑnceps
inuicem cõſenſerit: Nam neqꝫ fugẽ vos p̄t. quanto in periculo
tota nutet Italia. Videtis: quæ gẽtes in ea ꝯſederint ob inteſti
na intꝛ nos odia: quæ tanq̃ ex aliq̃ ſpecula noſtras diſcordias ob
ſeruãtes nihil aliud expectãt: moliuntꝛ: agũt: q̃ vbi laſſos ꝛ pe-
cunijs exhauſtos animaduerterit. inopinatos nos opprimant.
Quapropt̃ vt veteri veſtro ĩſtituto. q̃ dignitatē ꝛ gloriam ma
xime omnium adamatis. vt communi vtilitati. vt totiꝰ Italiæ
ocio ac trãquillitati ꝓſpiciatis: hãc talem ꝛ tãtam rem principes
florẽtini diuino ductu auſpicijſqꝫ ſuſcipite. Legatos veſtros in
gẽti ꝟtute ꝛ prudẽtia viros tum ad Mediolananẽſes: tum ad
Frãciſcum Sphortiã mittite. q̃ vtroſqꝫ ita ſuis aptiſqꝫ rõnibꝰ
nõ ſolum hortẽtur ac rogẽt. veꝝ etiam ſi opꝰ fuerit ꝓ iure mu-
tuæ beniuolẽtiæ vel moneãt. vel incuſent: vt q̃primum omni
animoꝝ relicta cõtentione in mutuã priſtinãqꝫ grãm redeãt: ne
cum ꝑtinaciꝰ inuicem dimicãt. ꝛ ipſi perditũ eant. ꝛ Italiæ vni
uerſæ naufragium parẽt. Nam quãtum vos quoqꝫ religionis
chriſtianæ ratio ad hoc tam illuſtre tamqꝫ ſalubre cõſilium exci
tare ꝛ inflãmare debeat. quid attinet dicẽ? Videtis em̄ iam ad-

uentare ſacratiſſimos anni Jubilæi dies: queꝫ ab ipſa vſqꝫ tum
abrahæ tum Moyſi tēpeſtate figura diuina quadā mēteqꝫ con
ſtitutū Chriſtꝰ optimꝰ maximꝰ redemptor noſter cū ex hac vita ī
cœlum aſcēderet: indulgētiaꝝ largitate diſpenſandū reliq̇t mini
ſtris ſuis ī pmiſqꝫ Romanæ eccleſiæ ſūmo pontifici. Qua ex
re ſi nulla etiā vtilitas eſſꝫ emanatura: omni tñ cura atqꝫ labore
ſtudendū foret: ne tāte religiōis venerationi cōmuniqꝫ lætitiæ ī
iuria vlla fiēt. Quāta ṽo cū ad Italos ōis tum vł maxīe ad vni
uerſos ciuis vr̄os ſint ex huiōi celebritate puētura emolumēta:
debetis ex ſupioribꝰ temporibꝰ meminiſſe. Itaqꝫ veſtri officij ꝛ ſa
pientiæ cē puto id: q̄ntū in vob̄ fuerit pſtare: ne tot illi ꝛ tā locu
pletes atqꝫ opulēti ppuli trāſalpini ab Italiæ acceſſu ob hunc
belloꝝ turbinē phibeant. Ualete. Ex Mediolano Idibꝰ Au
guſtis. M. cccc. xlix.

¶ Frāſcꝰ Philelfus Petro Thomaſio pho ac medico ſa.

Neqꝫ h̄ eſſe licet ſine piculo: nec alio ire pmittit. Itaqꝫ
lupū teneo auribꝰ. Cōſiliū tñ tuū non mō laudo: ſꝫ etiā
pbo. Sed q̇d agā: qñ hæc ſunt tpa. Deꝰ bene ṽtat. Uale. Ex
Mediolano kal. Septēbribꝰ. M. cccc. xlix.

¶ Frāciſcus philelfus Joannocio Manetto ſal.

Te ſemp omnibꝰ in rebꝰ expertꝰ ſum amiciſſimū. Si q̄
vnqꝫ in re tua mihi opa opꝰ fuit: nūc eſt maxime. Bale
acius chremēſis tibi coram exponet: q̇d abs te velim. Quē no
lis fruſtra ad te miſſum: tā peto abs te væhement: vt væhemē
tiꝰ petere nihil poſſim. Uale. Ex Mediolano. pdie Idus No
uēbres. M. cccc. xlix.

¶ Franciſcus philelfus Bernardo Juſtiniano ſal.

Qui tibi reddidit meas lrās: tāta mecū beniuolētia iū
ctus ē: vt maiore nemo cē poſſit. Quidq̇d is tibi noīe
meo dixerit: id ita exiſtimato: ac ſi a meipſo corā audires. Uale
Ex Mediolāo Idibꝰ Septēbribꝰ. M. cccc. xlix

¶ Frāciſcꝰ philelfus Nicolao Uaroni ſal.

Haec negocia q̇bꝰ fluctibꝰ agitent: ſcio te nō latē. Quid
aūt mihi boni puatim ſperādum ſit in tāta reꝝ oim ca
lamitate: ꝛ ipſe intelligo: ꝛ tu potes aīaduertē. Itaqꝫ ſiquid ha
bes ꝯſilij: id vt doceas: rogo. Nā mihi vix vllū relictū eſt: pſer
tim cū hinc abeūdi facultas nō detur. Uale. Ex Mediolano.
xij. kal. Octobres. M. cccc. xlix.

¶ Franciſcus philelfus Ioãni auriſpæ ſal.

Vix narrari queat: quãtis ĩ malis tota hæc ciuitas fluctuat. Nec reliquũ eſt: qđ expectet̃ ꝑter vltimũ naufragiũ: id qđ lõge abeſſe nõ poteſt. Bacchat̃ in oĩa mucro. Nec humanis: nec diuis parcit̃ rebꝰ Scripſiſſem tibi pluribꝰ. ſꝫ neſcio q̃ꝫ hæc recte ſunt lr̃is cõmiſſa. Tu ſiq̃d mihi ꝯſilij potes afferre excogita. Nã mihi nullũ eſt relictum in tãta ĩpunitatꝫ licentia. Vale. Ex Mediolano idibꝰ octobribꝰ. M.cccc.xlix.

¶ Franciſcus Philelpꝰ. Petro Thomaſio pħo ac medico ſal.

Quod rem meã oẽm Venetoꝝ legato Leonardo Venerio clariſſimo viro ꝯmendaueris: gaudeo: tibiqꝫ ago. grãs Valet eñ is apud hoſce ciues ⁊ autoritate. ⁊ grã plurimũ Quanq̃ꝫ futuꝝ puto: vt mihi ꝓdeſſe nõ admodũ poſſit ita ſunt oĩa iã debilitata ⁊ ꝑdita Paſſim atqꝫ cateruati moriant̃ inedia Mihi vero ſiq̃d etiã pecuniolæ alicũde abradi poſſet: tñ nõ eſt: vnde ſatis panis parari queat. Qui mihi ob ĩuidiã nocẽ moliũtur: me ſphortianũ eſſe inſimulãt. Quare ĩ diſtributiõe panis q̃ vicatim emẽdus ſingulis dat̃: negat̃ plærũqꝫ mihi tanq̃ꝫ hoſtis ſtudioſo. Itaqꝫ neqꝫ hic eẽ ſine vitæ periculo vlla poſſum arte. et abeũdi ptãs oĩs ſublata eſt. Neſcio: quãtum mihi ꝓdeſſe poterit Leonardꝰ in tãta malignitate temꝑoꝝ. Meliuſcule tamẽ mihi ſperandum video: ꝙ huic viro cariſſimꝰ factꝰ ſum: quanq̃ꝫ etiã ipſe: vt mea fert opĩo: nõ hic ẽ ſine periculo: ita ſunt oĩa tẽpeſtatũ ꝓcellarũqꝫ pleniſſima. Vale. Ex Mediolano kal'. Decẽbribꝰ. M.cccc.xlix.

¶ Frãciſcꝰ philelfus Antonio metello ſal.

Vtinã mihi licẽt te vidẽ: tecũqꝫ loq̃ coram Aut eñ me tu ĩ tuã: aut ego te ĩ ſentẽtiã meã agerẽ. Illud ãt hortari te ac monẽ non dubitabo cũ oĩ in re tum etiã nõ minꝰ in loquẽdo moderationẽ ſeruãdam eẽ. Verbũ alatũ fingit Homerꝰ quoniã ⁊ emittat̃ celerit̃: ⁊ nõ facile reuocari emiſſũ queat Prudens es. Quid hæc ſibi velit oratio: nõ ignoras. Hic ĩ dies oĩa hñt miſerabiliꝰ Quod petis curabo diligẽtiſſime Vale Ex Mediolano ꝓdie Idus Decẽbres. M.cccc.xlix.

¶ Frãciſcꝰ philelfus Blaſio axeretẽſi Mediolanẽſium prætori ſal.

Venirem ad te q̃ttidie: niſi me id facẽ ꝓhibeaẽ gladio

met⁹: quib⁹ aſſidue video vrbē vniuerſam coruſcari. Nam in ar
moꝝ fragore: vt ſcis: ꝟba legū exaudiri nō ſolēt itaqꝫ patē obſe
cro: me tātiſper habere ſalutꝫ meæ rationē: donec alicūde lætior
dies illuxerit. Uale. Mediolani ex ædib⁹ noſtris kal'. Janua
rijs. M. cccc. l.

Frāciſc⁹ philelfus Frāciſco barbaro ſal

Conſiliū tuū facio certe plurimi: tum ꝙ ē prudētiſſimū
tum ꝙ beniuolētiſſimū tuū erga me animū præ ſe fert
Quid aūt agendū mihi ſtatuerim: ex iſto coram accipies: q̄ tibi
reddidit meas lrās. Tu interim cura oīa diligent'. Nā quantū
erit in me oīno obſeqr volūtati tuæ Uale. Ex Mediolano iij.
Idus Januarias. M. cccc. l.

Frāciſc⁹ phi. Joāni Amidæo iurecōſulto ſal.

Tuus ille familiaris q̄ttidie me obtūdit. Rogo te: des
oprā: ne mecū vaticinet'. Nā vt ait ille apud poetam.
dauus ſum: nō œdip⁹. Habeat ſibi ſapiam ſuā. Nā h̄ tpe nihil
eſt oīm min⁹: qd̄ velim: q̄ꝫ vaticinari. De⁹ nouit: qd̄ futuꝝ ſit.
Illud mihi vaticiniū eſt certiſſimū. Petꝝ Candidū ſemꝑ inuigi
lare: vt mihi incōmodet: cui⁹ inſidioſa malignitate: ne incautus
opprimar: tuū fuerit ꝓuidere. Noſti em̄ ingeniū: noſti flagitiū
facinoroſiſſimi hoīs Uale Mediolani ex ædib⁹ noſtris ꝑdie no
nas Februarias. M. cccc. l.

Franciſcus philelſus Blaſio Axeretenſi Me
diolanēſium prætori ſal.

Verſari video arma vndiqꝫ. Quid tāt⁹ tumult⁹ ſibi ve
lit: nōdū ſatꝫ itelligo. Tu ſiq̄d habes: qd̄ me ſcire opor
teat: fac vt q̄ꝫprimū intelligā. Nā animus ꝑſagit: neſcio quid.
De⁹ bene ꝟtat. Ego me iterea domi cōtineo. Uale. Ex ædibus
noſtris Mediolani. v. kal'. Martias. M. cccc. l.

Franciſcus philelſus Nicolao cebæ ſal.

Nulla nr̄a ratio: nulli humani conat⁹: nullæ terræ vi
res cœleſti queunt aduerſari iperio: ſiue id fatū: ſiue ne
ceſſitatē: ſeu aliud quicq̄ꝫ: qd̄ ſupra nos ſit: appellari oporteat.
Nr̄a ſane iferiora hæc oīa vana ſunt nulliuſqꝫ momēti: vbi mi
n⁹ diuīo admiculo auxilioqꝫ nitant'. Cū ꝑmū diuin⁹ ille ꝑnceps
Philipp⁹ Maria angl⁹ vitā deſeruiſſet: cœperūt Mediolanē
ſes hi ciues cōtempto ꝑ oēm cōtumeliam ac ludibrium princi
pis vnius imperio: adamare amplectiqꝫ libertatem. Cuius ſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

tuēdæ inicia ſecūda ſane fortunatiſſimaqꝫ fuere. Nā hoꝝ opta-
tis Venetos aduerſantꝫ tribꝰ deinceps cladibꝰ affecē. Placētia p̄
mo: q̄ ſe vltro illis tradiderat: vi capta ac direpta: dein claſſe eo-
rū maxima ⁊ oībꝰ rebꝰ ornata apud Caſalē ꝯgnomēto maiorē
ſuperata ⁊ capta magnaqꝫ ex ꝑte in Pado ⁊ tormētis ⁊ igni ꝑ-
dita: ad poſtremū eodem āno maximis eoꝝ copijs ⁊ firmiſſimis
ad Carauagium fuſis fugatiſqꝫ in tāta ⁊ militū ⁊ ducum: ac p̄n
cipū captiuitate: ⁊ præda: vt de ipſo etiā Venetoꝝ imperio actū
videret: ni Mediolanēſes ipſi deſipe voluiſſent. Cū a Frāciſco
em̄ Sphortia quē vnū ſuis exercitibꝰ præfecerāt. ſibi metuiſſēt
ne is ꝓpt̄ Blancā Mariā Philippi filiā regnū ſoceri tanqꝫ hæ
reditario vxoris iure foret poſt tātam victoriā occupaturꝰ: cœ-
pere de pace clam tractare cū Venetis ꝑ Henericū quendā pani
carolā. q̄ patria Mediolanēſis mercaturā Venetijs exercebat.
Veneti vt viri ſunt prudētiſſimi. tametſi q̄ ꝓponerent. non de
tractabāt. tm̄ cōſultata re diligētiꝰ. cū Frāciſco Sphortia ma-
luerūt. q̄ꝫ cū Mediolanēſi repu. agēda ꝯtrahē. Nā etiā is cer-
tior factꝰ cum de huiōi occultis ꝯſilijs. tum de aīo Mediolanē
ſium erga ſeſe. cōuenit cū Venetis honeſtis quibuſdā cōdicioni
bꝰ. vt tādiu ſibi auxilio eēnt ⁊ milite ⁊ re pecuniaria. quoad eiꝰ
vrbis ditione potiret̄. Id em̄ Veneti ſuo iperio tutiꝰ fore duxē
q̄ꝫ pati vrbem potētiſſimā eādemqꝫ iſolentē in ꝓxima regiōe ex
creſcē altiꝰ. præſertim cū intelligerēt vnū Franciſcū Sphortiā
Mediolanēſibꝰ omnibꝰ incredibili eſſe odio. Quibꝰ rebꝰ ita ꝯſti
tutis ac firmatis. miſſus ē a Frāciſco Benedictꝰ Nurſinꝰ. qui
nō modo erat egregiꝰ medicꝰ. veꝝ etiā vir prudens ac diſertus.
Is cum p̄mo multa de Mediolanēſibꝰ nomie ſui p̄ncipis in cō
cione publica queſtꝰ eſt. tādem ī eam ſentētiam perorauit. vt oſt̄
deret ⁊ lege ⁊ æquo ⁊ bono vrbis huiꝰ imperiū: oēmqꝫ eam dicio
nem quam Philippꝰ poſſederit. ad vxorem Blanca Mariam
ad ipſum ꝫ Frāciſcū. quē Philippꝰ adoptauiſſet. ꝑtinē. ⁊ ita ea
quæqꝫ repetē. Cui cū nihil ꝓ poſtulatis reſpōſum eēt. ad Fran-
ciſcū redijt re infecta. ⁊ ita magnū periculoſumqꝫ bellū a Vene
tis in Mediolanēſes cōuerſum ē. Quod inde difficultates ma
laqꝫ emerſerint. ꝓlixum eſt difficillimumqꝫ narratu. Oēs ⁊ vr
bes. ⁊ oppida. ⁊ municipia. ⁊ caſtella breui ad Frāciſcum defece
rūt. Ager Mediolanēſis fere omnis ferro igniqꝫ vaſtatꝰ. Præ
ter vrbis ſuburbia tenebat̄ nihil. Ad poſtremum exhauſta æra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

ria omnia. Rei frumētariæ in vrbe nihil. Extrinſec⁹ importari
nihil poterat ꝑpt̄ hoſtium copias. q̄ ad ipſas vſq; portas omnē
aditū ꝓhibebāt. Nobilitas omnis ab vrbe aberat. alij alio cōfu
giētes. Poteſtas omnis ad plebem redacta eſt. Siqui fuerant
aīo ſeniore: q̄ fuerūt admodum pauci. ij obtrūcati oēs. Cum eo
difficultatū redacta res foret. vt paſſim fame ꝯfecti ciues inter
ambulādū caderēt. quā doquidē neq; feles. neq; canes. neq; vlla
immūda aīalia eſui reliq̄ iam eēnt. ob idq; diuti⁹ deditio ad Frā
ciſcum differri nō poſſz. Ueneti cum Mediolanēſib⁹ ſocietate
inita ⁊ auxiliaris copias ex agro Mediolanenſi trās adduā ire
iubent. ⁊ omni pecuniaꝝ ope Frāciſcū deſtituūt. pauloq; poſt ꝑ
Paſchalē Malipperiū eidem nūciāt. vt ab oī vi atq; iiuria in
Medialanēſes abſtineat. id ſi facē recuſaret. bello indicto ꝓ bo
no æq̄q;. ⁊ ꝓ cōmuni Italiæ pace ac tranquillitate. Quā aīoꝝ
mutationē cū Frāciſc⁹ ægre ⁊ ꝑmoleſte ferret. ꝑmultaq; fruſtra
quæreret. ac ꝓficēt nihil. ad ſuſtinēdū Uenetoꝝ bellū iuxta. at
q; ad inferendū Mediolanenſib⁹ accingit̄. Cæteꝝ cū rem negli
gēti⁹ Ueneti gerūt. vtpote q̄ ſperarēt fortaſſe Mediolanēſem
populū extrema coactū inedia eis vrbem dedituꝝ. i eam eſt tan
dem aliq̄n ventū neceſſitatē. vt nocturno tumultu facto in tur
bulēta ſeditiōe nulloq; hoīm ꝯſilio. Frāciſc⁹ Sportia. q̄ apud
vicū mercatū ſe cū octo cohortib⁹ in ſummis reꝝ oīm difficulta
tib⁹ cōtinebat. ſponte in vrbē a populo ipſo accerſeret̄. Ex quib⁹
quidem reb⁹ manifeſto colligi p̄t inferiora noſtra hæc oīa nullo
noſtro ꝯſilio. ſed occultiore vi quadā adminiſtrari. Hæc āt geſta
ſunt noctu. quito kal̄. martias. cui⁹ primo die Frāciſc⁹ Sphor
tia in vrbem except⁹ eſt. Uale vbi vbi es. nā vbi eſſes ignoraba
m⁹. Ex Mediolano. iiij. kal̄. Martias. M. cccc. l.

¶ Frāciſc⁹ philelſus Bernardo Iuſtiniano ſal.

L Eouard⁹ Iuſtinian⁹ vir clariſſim⁹ pater tu⁹ nō p̄ntem
ſolū. ſ; futurā etiā gloaiā eāq; imortalē aīo meditat⁹:
te in quo ipſe victur⁹ eſſet. ⁊ pecunia muniuit. ⁊ diſciplina. qua
rū altera p̄ntib⁹ vitæ neceſſitatib⁹ pro dignitate ſubuenires. q̄n
tū vel tua. vel amicoꝝ. vel reip. intereſſet. altera mortu⁹ quoq;
viuere poſſes in viuis. Rem pecuniariā tibi maximæ curæ eſſe ⁊
certa. ⁊ vna oīm voce mihi aſſidue nūciatur. Atq; iſtud quidē
prudentiæ eſt. Qđ autem ſapiētiæ mun⁹ ducunt. id q̄q; tenes
egregie. quottidie tamē nequaq̄; colis. Quid enim aliud debeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

coniectare: cũ totiẽs meis lr̃is inuitatus nihil reſpõdeas. Quare ſi vel paternæ ⁊ inſtitutiõis ⁊ gloriæ: vel tuiipſi⁹ nõ es oblitus ſcribe aliq̃d: vt quem in cute viderim: int⁹ quoq: in dies magis magiſq; pſpiciã. Uale. Ex Mediolano pdie kalẽ. Januarias M.cccc.l.

Quo auctor ſcribat[*]

¶ Frã. phi. ſal. di. pl. ſcribis ducalib⁹.

QUod ſcire ex me petiſ: q̃ auctor ſcribi debeat: breui accipite. Cũ aliȷ̃ nõ nulli lr̃atiſſimi viri: tum Priſcian⁹ grãmatic⁹ locupletiſſim⁹ teſtis ẽ eundẽ eſſe apud nos auctorẽ: q̃ græce dicat ἀυθέντης authentes Hinc arbitrati ſunt aliq̃ iuniores ĩ hoc noie. c. lr̃am añ. t. in eadẽ ſyllaba vtrãq; mutam non addi oportẽ: cũ neq; apud græcos ἀυθέντης authẽtes eã recipiat At ego idẽ ſignificare auctor qđ ἀυθέντες: facile cõcedo: ſed ab augeo id nomẽ deductũ puto. Sicq; quoniã a ſupino auctu formet per. ct. eſſe ſcribendũ. ⁊ ita a priſcis videm⁹ obſeruatum Nã ſi ab ἀυθέντες deſcẽdẽt. c. lr̃am auctor nõ recipet: ⁊. t. aſpiraret. Ualete. Ex Mediolano kal'. Juniȷ̃s. M.cccc.l.

¶ Frãciſc⁹ phi. ſal. di. plu. Ambroſio iurecõſulto.

QUoniã iampdẽ obduruit me⁹ anim⁹ ad eas ærumnas oĩs: q̃s affert incõſtantia mutabilitaſq; fortunæ. idcirco æquiorẽ in illos me pbeo: q̃ nulla ĩiuria laceſſiri ſe mihi præſtãt ĩportunos atq; ĩfeſtos. Nã ſi ĩiurias ſingulas pſeq̃ velim: mihi poti⁹ nocebo: q̃ȝ aliȷ̃s. Non oẽs amici ſunt: q̃ vident. Qui cõmoda emolumẽtaq; ſectant: tãdiu ſunt amici: quoad vtilitatis ratio corã floret. Si decedat vtilitas. q̃ amicicia manere pt Idem poſſit de iȷ̃s iure dici. q̃ voluptatẽ ſibi pˀpoſuerũt. Tãdiu em̃ ſe amicos inculpant. donec pfruant optatis. Nõ ſiquid triſtius accidat. nuſquã ſunt. Nõ igit me pturbãt. quæ de homĩs leuitate ſignificaſti. eſt em̃ ſimilis ſui. At ego ſequar meum vitæ inſtitutũ. Equidem benefaciã ſemp Iniurias ſi pˀpulſare nõ potero. aut cõtemnã. aut pferam. Uale. Ex mediolano kalen. Juniȷ̃s. M.cccc.l.

¶ Frãciſc⁹ philelfus Mario filio ſal.

SI vim maieſtatẽq; v̾tutis velim⁹ cõſiderare: neminem inuenias: q̃ eã aſſidue ſecut⁹ noctesq; dieſq;. cõſecutus vnq̃ȝ fuerit. De hoib⁹ in q̃ȝ loq̃r. non de deo nr̃o Chriſto Jeſu. q̃ et homo fuit ⁊ de⁹ Itaq; vt homo is ⁊ doluit. ⁊ metuit ⁊ lætatus eſt. ⁊ cupiuit. quanq̃ȝ oia mediocrit. Sȝ talis pturbationũ

[*] handwritten marginal note

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

mediocritas nō cadit in deum. q̄ nullo tāgitur motu animi. Ita
qꝫ nō absurde priſci illi philoſophi eruditiſſimiqꝫ viri quotquot
vel apud latinos. vel apud græcos ꝟtutis laudibꝰ claruerūt. ne
minem habuerunt: quē ꝟtutis noīe voluerit appellare. Quære
Platonē. Quære Ariſtotelen. Sume e noſtris. M. Varro
nē. M. Ciceronē. L. Annæū Senecā. Ubi a ꝟtute quenq̄ꝫ
noīatū inuenias? Uideo q̄ſdā iuniores ⁊ apud nr̄os viꝝ ꝟtuoſū
et apud græcos ἄνδρα ἐνάρετον andra enareton q̄ modeſtiꝰ vir bonꝰ diceret atqꝫ ἀνὴρ ἀγαθός. īepto noīe appellare
At ne in ꝓſca q̄dē ⁊ doctiore eccleſia tale vſquā nomē reperias
Quod ſi poetas oratores. hiſtoricos ꝓſcos lectites perſæpe boni
viri. At ꝟtuoſi nomē tibi nuſquā occurrat. Et ille q̄dē bonꝰ di
ctꝰ eſt mea ſentētia. q̄ ad ꝟtutē adipiſcēdā ⁊ diu laboret ⁊ mul
tū. ἀπὸ τοῦ πόνου apo tu ponu. ſ. nomē ſibi vendicans.
Quioī āt labore q̄ vtat̄. idcirco vocatū exiſtimo viꝝ bonū ꝙ ī eo
non ꝟtꝰ. ſed q̄ſi aliq̄d ꝟtutis ſimulacꝝ eluceat. Nullo em̄ hūa
no labore. nullo ſtudio fieri p̄t. vt meram ꝟtutem quiſquā aſſe
quat̄. Sꝫ ſatis ſuperqꝫ ſit. ſi q̄s induſtria ⁊ diligētia ſua q̄ꝫ per
maxīe ad ꝟtutem acceſſerit ⁊ quoniā petis. q̄bꝰ em̄ ꝟtutibꝰ præ
ditum eē oportet. q̄ ſit vir bonꝰ ⁊ habendꝰ ⁊ appellandꝰ. q̄d ſen
tiam. paucis accipe. Duas eē reor animi ꝑtes, quarum altera.
quam habemꝰ cum deo cōmunem. ⁊ ratiocinamur ⁊ ītelligimꝰ;
altera ꝟo: quæ ꝯmunis eſt nob̄ cum pecudibꝰ. appetimꝰ. atqꝫ
afficimur. Itaqꝫ alia ē moralis ꝟtꝰ: nam mores ſunt q̄litates ꝑ
tis illiꝰ appetitiuæ. alia rōnal̄. ītellectual̄ alia. Rōne inq̄rimꝰ:
quid nos aut ſeq̄ oporteat. aut fugē. Nec ſine ratiocinatiōe cal
lidi ac prudētes eē vllo mō poſſumꝰ. quæ ꝟtus in actiōe poſita
circa ea ꝯſulāda ꝟſat̄. quæ nobis vtilitatem afferāt. Intellectu
autem ad ſciētiæ cognitionem ꝑuenimꝰ. ⁊ q̄d eſt ſapiētiæ ꝓpri
um: diuinam eſſentiam naturamqꝫ cōtemplamur. At moralē
ꝟtutē eam dicimꝰ. cuiꝰ forma eſt rō. Materia ꝟo animi ꝑtur
batio. quam etiam tum paſſionem. tum affectionem vocāt ⁊ eā
dem quādoqꝫ morbum. Et quanq̄ꝫ nemo eſt vir bonꝰ iudicādꝰ.
niſi idem ſit. q̄ntum humanum fert ingenium. totiꝰ ꝟtutis lau
de cumulatus. quis em̄ ꝟtute morali floreat niſi idem gubernet̄
prudentiæ ductu. ad quam morales oēs ꝟtutes referunt̄. ⁊ pru
dēs eſſe nemo queat. niſi ſapiēs fuerit. nam oīs recta actio a cō
templatiōe manat, facit tamē cōſuetudo, vt eū maxime virum

bonū exiſtimemꝰ: qui iuſtiſſimꝰ ſit. Sʒ quoniā hāc rem oēm ī
cōmētationibꝰ florētinis cū de exilio loq̄remur: diligent̄ pſecuti
ſumꝰ: nihil eſt: qđ in pn̄tia ſimꝰ prolixiores. Uerꝫ te fili Mari
monē: hortariq̄ʒ nō deſiſtā: ita nomē v̄tutis adames: vt eā nul/
lā eſſe putes: quæ omnibꝰ vel cogitationibꝰ: vel dictis: vel acti
onibꝰ ſuis deum nō ſolum inteſſe: ſʒ præeſſe nolit. Nā tum ſu/
mus iuſtiſſimi ⁊ optimi: cum dei opa maxime imitamur. Uale
Ex Mediolano kal̄. octobribꝰ. M. cccc. l.

Franciſcꝰ philel. Johāni amerino iuriſcōſulto ſal
Quod ſcrib: dem operā: vt libros Ariſtotel̄ tibi ꝯparē:
aut q̇ de republica: aut q̇ de re familiari nob̄ p̄cepta tra/
dūt: faciam ⁊ ꝓpediē: ⁊ diligent̄: mō librariū nactꝰ ſim: cuius ī
his excribendis opa vti poſſim: id qđ ſpero nob̄ mīme defuturꝫ.
Laudo aūt præſtātiam ingenij tui ſingularēq̄ʒ v̄tutē: q̇ quanq̄ʒ
es occupatiſſimꝰ: nolis tn̄ pati earꝫ te rerꝫ expertem dici: quæ ad
bene beateq̄ʒ viuēdum p̄cipue cōducūt. Nā ſi ſeſe moderari ⁊ in
ſtituē pulchꝛꝫ eſt. qđ moralis diſciplina facit: q̄nto ſit pulchꝛiꝰ
et p̄clarius idem pſtare poſſe tū de domo: tum de ciuitate vniuer
ſa: cuiꝰ fœlicitas oīm fœlicitatē cōplexa eſt: Accedit ad rem: q̄
harꝫ diſciplinarꝫ cognitio eo ē tibi magis neceſſaria: quo legū et
iuris ciuilis ſapiētia magis pſtas. Nā q̇s audeat ſe iurecōſultū
ꝓfiteri his ignoratis. fontibꝰ: vnde leges oēs iuraq̄ʒ manarūt:
Faciā igit̄ quod iubes ⁊ amice: ⁊ recte. Uale. Ex Mediolano.
kal̄. Octobribꝰ. M. cccc. l.

Frāciſcꝰ Philelfus Nicolao Cebæ ſal. di. pl.
Etſi nondū audiebā te Genuā reuertiſſe: poſteaq̄ʒ ob ae
ris intēperiem tādiu carē patria īſtitueras: quoad vis
peſtilētiæ plane deferbuiſſet: tamē cū accepiſſem ciuitatē habere
meliꝰ. ⁊ iā ꝓpe pleroſq̄ʒ oīs nobiliſſimos ciuis ī vrbem rediſſe:
idcirco ad te ſcripſi: vt tuis lrīs ſuauiſſimis de teipſo certioꝛ fie:
rē: ⁊ vbi eſſes: ⁊ q̄ʒ bene valēs. Jtaq̄ʒ mihi rē facies iucūdiſſimā
ſi me q̄ʒprimū leuabis omni ſollicitudīe. Diſertiſſimū Perleo/
nē noſtrꝫ ſaluere cupio cū vxore ⁊ libris: cultellorūq̄ʒ memiſſe.
Uidet̄ mihi auarioꝛ factus: q̄ʒ ſolebat. Uale. Ex Mediolano.
iiij. nonas octobres. M. cccc. l.

Frāciſcꝰ philelfus Petro Thomaſio philo/
ſopho ac medico ſal.
Et lrās accepi ⁊ cōuiuium. Quod iam tibi cœlo gloriā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

quęras.nō terra.⁊ pbo ⁊ laudo. Nam quemadmodum terrę gloria. quę a cęleſti nō ꝓficiſcit. tota inanis eſt. quātacūqꝫ tā-dem ea ſit.ac plane nulla.ita ꝑfecto quę i cęlo eſt. radios ſuos quaſi ſol quiſpiam diſꝑgit i omnem terram. Scripſiſti ꝑfecto Chriſtiane. ⁊ vt vero philoſophꝰ Nam ꝗ ſe phm auſit ꝓfiteri. qui Chriſti ignarꝰ fucatę cuiuſdam honeſtatis vmbram ſtultꝰ ac fatuꝰ perſequat. Nihil ipſe ꝗda honeſtum eē puto. niſi quod apud deum ꝓbatum ſit. Hoc vero ꝗ ſequit. veram nimirꝫ eū glo riam aſſeq̄ credendū eſt. Et facis tu quidem recte atqꝫ ſapienter. Nō em̄ ignoras peregrinari nos ſemꝑ ac ſeruire. qꝫdiu viuimꝰ Itaqꝫ dies nocteſqꝫ oporte illiꝰ patrię meminiſſe. ad quam cum lōgo poſtliminio redierimꝰ. futuri ſimꝰ tum liberi. tum glorioſi ciues. gloria nō fucata. ſꝫ ſimplici. veraqꝫ. Uale. Ex Mediola no. iiij. Nonas Octobres. M. cccc. l.

Franciſcus Philelfus Petro perleo-ni ſalutem.

Animaduerti ex tuis ad me lrīs tibi fortunā. quam vo cāt. aduerſari. At tu ſi me audis. animo forti magno-qꝫ ſis. Et prudētia vtaris ⁊ patiētia. Spereſqꝫ fore. vt ꝑſtāti ingētiqꝫ vtuti nihil tā dem neqꝫ ad dignitatē. nec ad emolumē tum deeſſe poſſit. Itaqꝫ vt ad Battum ait Corydon apud The ocritum.

θαρσῆν χρή φίλε βάττε τάχ᾽αύριον ἔστετάμε ινον.
ἐλπίδεσ ἐν.ζωοῖσιν.ἀνέλπσοι δέ θανόντεσ
χωζευσ ἄλλοκα μεν πέλει αἴθριοσ ἄλλοκα δύει.

Quos quidem tris verſus ita licet interpretari.
Fidere batte decet. melius cras forſan habebit.
Sperandum eſt viuis. non eſt ſpes vlla ſepultis.
Nunc pluit. ⁊ clarus nunc iupiter ęthere ſurgit.

Quare cōfide etiam tu ꝓpediem tibi melius fore. Quamdiu vi uimꝰ. nos bona ſpe duci cōuenit. Nam poſt imbrem ſerenitas ſequi ſolet. Curabo. quod petis. quanqꝫ res noſtrę ſunt hac tē-peſtate ob vim diuturni belli anguſtiores. Uale. Ex Medio-lano. iij. Nonas. Octobres. M. cccc. l.

Franciſcus philelfus Franciſco barbaro ſalutem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

Vellem: eam mihi fortunam deus optimus maximus
tribuiſſet. vt ⁊ mihi poſſem ⁊ amicis ſemper gratificari
Non enim libros meos abs te peterem. Sed quoniam illis ca
rere nõ poſſum: rogo: vt reſtituere iã incipias. Uale. Ex Me
diolano. qnarto Nonas Octobres. Anno a Natali chriſtião.
M. cccc. l.

Fracīſcus philelfus ſalutē dicit pluri
mã. Antonio Canobio

NOn iīuria ſemper ego te dilexi mi Antoni: quē vnum
animaduerterim ab omni deſidia ⁊ inerti ocio alienum.
Itaqȝ omne quod tibi temporis a tuo magiſtratu vacuũ relin-
quitur: id aut legēdo. aut audiēdo. aut quærēdo aliquid dignũ
memoria cõſumis. Scribis candidũ decembrē cõtendere tecum
ſolitũ nihil vſquã ſcripſiſſe Ariſtotelē de animi immortalitate.
Idqȝ mirari te: ꝙ talis ille tãtuſqȝ philoſophus in tãto errore
verſatus fuerit. Quæ ipſe ī tuis litteris legēs: nõ potui nõ ſur
ridere: ꝙ nebulo iſte Candidus nitatur impietatē ſuã ſubdolo
ac falſo cõfirmare teſtimonio. Nam ⁊ imortalē Ariſtoteles eē
animũ probat ⁊ diuinũ. Audi primũ: quæ maximus ille ſapiē
tiſſimuſqȝ philoſophus reliquit ſcripta huiuſmodi verbis in li-
bro ſecũdo de animalium generatione: inquiēs. Omnes ani
mi neceſſario ſunt virtute prius: q̃ȝ actu. Neceſſe etiam eſt aut
oēs nõ eē priꝰ ⁊ fieri. aut oēs ãtea exiſtē. vł alios eē ãtea alios nõ
eſſe. Ac fieri aut in materia. ⁊ nõ ingredi in maris ſæmine. aut
in materia venire a ſæmine. Uel ī materia venire a ſæmine qui
dem. ſed in mare. vel extrinſecus fieri, omnes. vel nullum vel ali
os fieri: alios non fieri. Quod fieri igitur nequaq̃ȝ poſſit. vt ani
mi omnes prius exiſtēt. patet ex huiuſmodi ratiõibus. Quorũ
cũqȝ eñ principiorũ corporalis ſcilicet eſt operatio. hæc antea ex
iſtere ſine corpore minime poſſunt. vt icedere ſine pedibus. Quo
fit: vt animi extrīſecus īgredi nequeant. Neqȝ fieri enim poteſt
vt ipſi per ſeſe. qui ſeparari nõ poſſũt: īgrediãtur: nec item ī cor
poreo ſæmie. Eſt eñ ſæmē ſuperfluitas immutati alimēti. Re
linquitur ergo mētem ſolam extrīſecus aduenıētem īgredi. ⁊ eã
dem ſolam eſſe diuinam. Nihil eñ cum eius agilitate habet cõ
mune operatio corporalis Omnis igitur vis animi videtur ali
us corporis eſſe particeps. ⁊ eius quidem diuinioris; quam illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

ſunt corpora. quæ vocātur clemēta. Ex quibus quidem Ariſto
telis ratiōibus ſatis intelilgi poteſt animi vim. atqꝫ naturam.
et cœleſtem eē ⁊ diuinam. ac propterea immortalem. Audi eū
dem rurſus in ijs libris. quos de animo ⁊ acute. ⁊ ſubtiliter. ⁊ co
pioſe reliquit ſcriptos. Ita enim ait.

¶ De mēte autem ⁊ vi cōtemplatiua nōdum eſt perſpicuum.
ſed videtur eē aliud genus animi. Et hoc ſolum poteſt ſeparari
quemadmodū id. quod eſt perpetuū: ab eo: quod corrumpi po
teſt. Docet inquā Ariſtoteles illud animi genus. per quod con
templamur atqꝫ intelligimus. cui menti eſt nomē. ſeparari poſ
ſe ab altero illo genere. quod dicimus ſenſitiuū. eſſeqꝫ immorta
le atqꝫ ſempiternum. at partem alteram ſenſitiuam ⁊ corrupti
bilē interituiqꝫ ſubiectam. Hinc Homerus diſciplinariū oīm
perinde atqꝫ abūdantiſſimus quidam fons. ⁊ Herculem. ⁊ The
ſea tum locat ī cœlo. tum apud īferos. Ita eñ malo. q̄ꝫ in īfer
no loqui. Infernus eñ ſubſtātiue apud latinæ linguæ doctiſſi
mos nuſquā inuenias. At in ſacris libris hoc eſt verbum pro
eo vſurpatū. quem αΔΗΝ haden græci nominant. Senſitiuā
igitur animi partem. quæ nobis cū pecudibus eſt cōmunis: diſ
ſolui humiqꝫ remanere ſapientiſſimus ille poetarom princeps
oſtēdit. at alteram illā partē. qua proxime ad deū accedimus. ꝑ
ſeſe cōſiſtere. altiuſqꝫ ſublatam euolare ī cœlū. vbi ſempiternū
æuū bene beateqꝫ trāſigit. At Cādidus iſte tuus. cuius animꝰ
ob flagitiorꝫ magnitudinē æternis tenebris ē addictꝰ Hæc nō
credit. ob idqꝫ Ariſtotelis auctoritate. quē nunquā legit. tueri
autumat ſtulticiā ſuā. Sed quid miremur ita opinari Cādidū
cū ne vllā quidē credat eē diuinitatē. Num ſi crederet deū eſſe.
viueret ita: vt viuit? Quare ſi ſapias. oēm eius cōſuetudinē aſ
pernabere. Uale Mediolani ex ædibꝰ noſtris. iij. Nonas octo
bres. M. cccc. l.

¶ Frāſcus Philelfus Alberto Zanca
rio ſalutem dicit.

NIhil eſt. quod hoc tp̄e aliud tibi reſpōdeā. Nā hic pri
ceps me cœpit perhūaniter tractare. ſpemqꝫ iā attulit
fore. vt ſit ī me perbenignus. Quod ſi fecerit. cœlū mutare nul
lo pacto veli. Itaqꝫ ex tēpore cōſiliū eſt capiēdū. Tu quæ mihi
ſit mēs. itelligis. Proīde quātū ad rē attinet meam. moderabe
ris iſtic omnia pro tua ſingulari prudentia. Cupio autem ex te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

certioꝛ fieri, quo in ſtatu ſint res tuæ. Nō tam de teipſo quæro cuiꝰ mores noui omnibus eſſe cariſſimos. ſz de tuis. Uale Ex Mediolano. iiij. Nonas Octobres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus Aenico Daualo equiti aurato ſal.

QUod binis antea lrīs ad te ſcripſi. cētum ſatyraꝝ opꝰ eſt ab me nuꝑ elucubratum. quod in decadas decem diſtribuimꝰ æquali numero ſatyraꝝ. quas idcirco hecatoſtichas nominauimꝰ. ꝙ ſingulæ ſatyræ ſingulis cētenis verſibꝰ cōſtēt Dederam ad te primam ſatyram ſuꝑioribꝰ litteris. Ultimam quoqꝫ in præſentia ideo volui abs te legi. vt liquido cognoſceres opꝰ hoc omne nomini Alphonſi regis eſſe ab me cōſecratū. Reliquū eſt. vt a te cereioꝛ fiam. quod ſit tuū hac de re cōſiliū Mittam ne huiōi codicem ad regem. an ipſe afferam coram redditu rꝰ: Quod cōſulueris. faciam. idqꝫ q̄ꝫprimū. Prætēa cuperem maiorē in modū mihi ꝯgnitionē offerri reꝝ ab Alphonſo geſtarum. Nā ſiquādo ociū detur. aliq̄d foꝛtaſſis aggrediar. Tu velim nō vno exēplo ad me lrās des. Fit em̄ plærūqꝫ tabellarioꝛū vel negligētia. vel ꝑfidia. vt fruſtra miſſæ videātur. Intercipiūtur etiā nō nunq̄ꝫ. Quoꝝ neq̄d accidat. exēplis pluribꝰ mecum age. Uale. Ex Mediolano. . iiij. Nonas Octobres. Milleſimo. cccc. l.

¶ Franciſcus philelfus. Jacobo Caſſiano præſbytero ſalu.

TAmdiu inani ſpe ductꝰ abs te ſum. vt mihi ipſe ſuccenſeam. Cōmodarā Uictorino feltrēſi eruditiſſimo ⁊ optimo viro proclū in Platonē cū Timæo locro ⁊ Ariſtotel' dialectica cum egregiis cōmentariis Alexādriqꝫ ⁊ Themiſtii. Cuius proclus vtaꝫ aut hoſpicio. aut carcē: ſum plane ignarꝰ. niſi etiā ipſe foꝛtaſſis fuerit a te cōiectꝰ in vincla ⁊ in ꝑpetuas tenebras. Dialectica vero apud te eſſe. tua iampridem ad me epl'a teſtis eſt. At ea in ſex vſqꝫ mēſes cōmodato petieras. cū iam āni quattuoꝛ ꝑterierint. Nec codicē mittis. nec quicq̄ꝫ ad eas lrās reſpōdes. quas dedi ad te hac de re creberrimas Itaqꝫ nō mirari nō poſſum. Occurritqꝫ mihi memoꝛiæ te idem olim de Euripidis tragœdiis ⁊ mathematicis libꝛis. quos idem Uictorinꝰ per te mihi reddēdos iuſſerat. egiſſe. Itaqꝫ nō poſſum nō moueri. Nā quātum videre videoꝛ. tibi ſum ludo. Facies autem pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

officio tuo: q̇ ⁊ ſacerdos ſis ⁊ Victorini diſcipulꝰ. ⁊ mei ſtudio
ſus: ſi ⁊ mea ad me dialectica dederis. ⁊ aliq̃d de ꝑclo docueris.
Volo em̄ oīno meos apud me eſſe libros: ne inanis ſp̄ demiꝰ
exiſtimer. Mediolano ꝑdie Nonas Octobres. M. cccc. l.

¶ Frāciſcꝰ philelſus Aenico Dąualo
equiti aurato ſalutem.

QUod crebriꝰ ad te ſcribo: facit amor ẽga te meꝰ. Cupio
em̄ q̃ttidie tecū eſſe. ⁊ ꝯmētari tecū. Preterea non ſatis
ſcio: q̄ꝫ tuto lr̄e ad te mee cōmiſſe ſint. Nam q̇ nūcij offerunt
nō eunt ad te. ſꝫ petūt aut Romā: aut Florētiam. Cuiuſmodi
vero ij ſint futuri: q̇ ex illꝰ locis Neapolin ꝯcedāt: augurari ne-
queo. Quo fit: vt eadē exēplis pluribꝰ ad te ſcribā. Accipe igit
et carmē vnū: qd̓ de tuis laudibꝰ veluti luſimꝰ. ⁊ vltimā ſatyrā
e centū: quas Regis Alphonſi nōi dicauimꝰ. Qd̓ aūt ꝯſiliū de
deris de aduētu iſtuc meo: aut de mittēdo ſatyrarꝫ codice: vt an
tea tibi ſignificaui: libēter amplectar. Vale. Ex Mediolano.
Nonis Octobribus. M. cccc. l.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio
philoſopho ac medico ſal.

NIhil erat: qd̓ ad te ſcriberē: ⁊ iā tuas lr̄as expectabam
que me facerēt de rebus oībꝰ certiorē: q̄s mea itereſſe du
xiſſes. Cupio: meos illos libellos huic tabellario ad me des. ⁊ cū
his tuū claudiū Ptolomeū de harmonia: h̓ erit mihi vehemen
ter gratū. Quas ad me dediſti arūdines: libent̓ accepi. Atqꝫ ha
beo tibi grās: q̇ mihi eam eſſe nolueris: q̃ minus quottidie ad te
ſcriberem. Nuncio τῶ γραμματοφορω grāmatopho-
ro pecunias nullas ſoluito: neqꝫ ꝑ libris: neqꝫ ꝑ lr̄is. Ipſe em̄ ſa
tiſfacturꝰ ſum ſemꝑ. Et ita cū cōmonefeci. Vale. Ex Medio
lano. Nonis Octobribꝰ. M. cccc. l.

¶ Frāciſcꝰ philelfus Bernardo Juſti-
niano ſalutem.

QUo magis q̃ttidie tuas expecto lr̄as: eo me magꝭ mea
fallit ſpes. Miror qꝫ plurimū: q̇d ſit ī cauſa: vt tabella
riꝰ vacuꝰ ſemꝑ redeat lr̄is tuis: cū ab alijs amicis frequētes red-
dat. Itaqꝫ ꝑ noſtra vetere beniuolētia abs te peto: vt h̓ me deſi
derio tādem leues. Qd̓ ſi feceris: habebo tibi nō mediocres grās
Preterea mea illa opuſcula: que tum pater tuꝰ vir ille ꝯ̄uiſſimꝰ
tqꝫ optimꝰ: tum etiam ipſe tu viſenda accepiſtis: iſti nūcio ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

me des velim: qui meam tibi epiſtolam reddidit. Nam cum ea rum rex nullum omnino mihi exemplum ſit: videor familiari- bus quibuſdam nõ æque in ſe nũc literalis: atq; antea cõſueue- ram. Uale. Ex Mediolano pridie Idus Octobres. Milleſi mo. cccc. l.

Frãciſc⁹ philelfus Blaſio Axeretẽſi
equiti aurato ſalutem.

POſteaq̃ in tuum te caſtellum recepiſti: videris ſane tu orum familiarium omnino oblitus. Ego autem etſi ti bi gratulor: q̄ ita beatus ſis: monẽdum tamen exiſtimo: ne q̃d ſupra hominem te poſſe arbitreris. Nam quanq̃ tibi cupio om nia nõ eſſe ſolum ſed magis etiam atq; etiam in dies fore ⁊ ſecũ da: ⁊ pſpera: debes tamen non eſſe neſcius: quãta eſſe plærumq; ſolet inconſtantia mutabilitaſq; fortunæ: quã dicunt. Nec itẽ ignoras in omnem vitæ viciſſitudinem amicos eſſe iucundos. Ego autem lætiorem tibi fortunam in dies offerri: vehement opto. Uale. Et plantas ficulneas ad me dato. Malo eñ in p̃- ſentia concipiẽti ſolo: quam parturienti poſtea cõmendare Ex Mediolano p̃die Idus Octobres. M. cccc. l.

Frãciſc⁹ philelfus Nicodemo tranche
dino ſalutem.

ABeris ne an minus egeris: quod Franciſcus Sphor- tia princeps noſter tibi abeunti mandauit: ſcire vehe- menter cupio. Itaq; rem mihi feceris gratiſſimam: ſi p̃pediem de re omni quam mea intereſſe credideris: ex te certior factus fuero: quod vt facias: in maiorem modum te rogo Litteras q̃s tibi ad regem Alphonſum dedi: vt q̃z diligentiſſime reddi cures ſummopere abs te peto. Uale. Ex Mediolano Idib⁹ Octobri bus. M. cccc. l.

Frãciſc⁹ philelfus Johanni Mario
filio ſalutem.

AUdio te functum Maſſiliæ magiſtratu ⁊ eo quidem nõ mediocri tua cum laude: id quod me plurimum de- lectat. Tua eñ laus omnis noſtra eſt. Reliquũ eſt: ne tempus vacuũ labi patiaris: quod eo magis facere debes: quo melius ti- bi ⁊ vxori familiæq; conſulas Quare da operam: ne iſtic fruſtra tibi tempus teratur. Si Renatus rex te ecr nm habet: vt ſolet pro humanitate ⁊ munificentia ingenij ſui: eum cunctis in reb⁹

ſequaris: iubeo. Quod ſi ſecus fortuna tulerit: te in Italiam re
cipe. ⁊ ibi malis eſſe vbi aliquo numero ſis: vt inquit Cicero:
q̃ȝ iſtic: vbi ſolus ſapere videare. Expecto mathematicum illud
opus: de quo ſcripſiſti ad me antea. Et ſiquid græcoꝝ librorum
offenderis. Cura: vt valeas: teqȝ ab imminēti peſtilentiæ morbo
quoad poſſis: incolumem reddas. Vale. Ex Mediolano. vi.
kal'. Nauēbres. M.cccc.l.

Frācíſc⁹ Philelfus Blaſio Axeretēſi
equiti aurato ſal.

Quid tādiu ruri tenearis: ignoro: præſertim cum neqȝ
ficus ruri neqȝ vua: nec pomoꝝ quicq̃ȝ offendit. Sȝ ca
ſtaneæ te fortaſſe delectāt: quæ quoniam ſpiritus ſunt pleniſſi-
mæ: ne lateri tibi noceant: caue. Nam ſi ijs vtaris familiarius
ventris crepitum nunq̃ȝ vites. Ego plantas ficulneas in dies ex
pecto. Vale. Ex Mediolano. quarto kalendas. Nouembres.
M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Thomæ fræ-
goſo ſalutē plurimā dicit

Non poſſum profecto non mirari: ꝙ non modo petenti
mihi tam ſæpe Mediolanenſi a noſtra cōuiuia quæ ti
bi legēda commodaram: non tandem reddideris: ſed ne reſpōde-
ris quidem creberrimis epiſtolis meis. Nam ⁊ ocium tibi non
nunq̃ȝ datum intelligo: quo etiam ſi vacaſſes: officio te fungi o-
portuit. ⁊ librarijs minime cares: qui tum mihi tuo nomine re-
ſpōderent ꝑ epiſtolas: tum cōuiuia ipſa ſi te forte delectaſſent: fa
cile tranſcriberent. Qđ ſi librarij quoqȝ ⁊ notarij defuiſſent: at
nummis abundabas abundaſqȝ. Quare ſuiſſet vel liberalitatis
vel officij tui non tamdiu ſilentium egiſſe: præſertim cum ſaty
ro: qui nihil ſolet humanis in rebus intactum relinquere: quod
vel vicio: vel laudi dandum cenſeat. Accedit ad rem beniuolē
tia erga te mea: quam eſſe maximam noſti. Quapropter etiam
atqȝ etiam te rogo: vt me tuum perpetuo fore patiare. Nā ſi ne-
qȝ mea mihi cōuiuia reſtituis: neqȝ reſpōdes. quicq̃ȝ obſeruanti-
am erga te meam non ſolum negligis: ſed etiam cōtemnis. Va
le. Ex Mediolano ꝓdie kal'. Nouēbres. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus Nicolao frægoſo
Genuenſium præfecto ſal.

Quantam mihi iucunditatem afferat tua omnis digni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

tas: ſcio te nō latere. Nam amorem erga te meum haud nūc ꝑ
mum intelligis. Quid em̄ te nō ſemper amarim. quem ab ineū
te ætate ſemper magnum ac præſtātem virum fore cognoſſem:
Nulla certe ex parte me de te mea fefellit opinio. Magna ſunt
fundamēta ṽtutis: quibꝰ qui ſolide nitiꝛ: mirabili incremento
cum die auctus ſurgit in gloriam. Jeciſti tu quidem mi Nico
lae pulcherrima laudis fundamēta adhuc puer: quibꝰ perpetuo
quodam: vt ita dixerim: ꝓbitatis pariete ſic in hanc vſqꝫ ætatē
reſpōdiſti: vt cunctis in rebus ꝓ tua prudentia fortunam obſe
quentem habueris. Nam fortuna ſiqua tandem ea ſit: nunq̃ꝫ in
ertibus. nunq̃ꝫ inauis fauet. ſed induſtrios ⁊ ſtrenuos hoīes
planeqꝫ prudentes ad res maximas ſemper vel comitatur vel ſe
quitur. Tu igitur virtutis gradibꝰ per egregia deinceps facino
ra ad genuēſem præfecturam nō difficile es euectus. Hanc ve
lim ita exiſtimes te adeptum: vt nullo fortunæ obſequio potuiſ
ſe intelligas. niſi ṽtutis ductu ac præſidio vſus es. Quod cum
ita ſit: reliquū eſt vt quibus artibus hāc es dignitatem aſſecutꝰ
eiſdem quoqꝫ ſuſtineas atqꝫ tueare. Nō em̄ ſolum ornatu ⁊ ora
tione atqꝫ honore: vt docet Ariſtoteles cæteris eum præſtare
oportet: qui illuſtri ſit loco excelſoqꝫ cōſtitutus: ſed multo etiā
magis totius vitæ morumqꝫ grauitate ⁊ cōſtantia. Nam quā
ti faciūda ſit veſtitus elegātia ⁊ magnificētia: oſtendit Solon:
quem in eo genere gallum Croeſo prætuliſſe accepimus. Quæ
ſit in dicēdo ſeruāda dignitas. quæ maieſtas: nō paryſatis mo
do Artaxerxis mater: ſed norūt etiam hiſtriones ⁊ vniuerſa the
atralis turba: qua nihil humilius nihil abiectius. Tyrāni præ
terea nō minus q̃ꝫ regis honorātur. Eo em̄ aſſentatores cōflu
unt: vbi plurimum tum ineptæ fortunæ: tum leuitatis ⁊ ſtul
ticiæ abundare aduerterint. Nec eos pudet modo quid comme
di ſe adepturos putēt. præſtare omne famulatus obſequiū. Ut
autem huiuſmodi hominum colluuio arcēda a nobis eſt. ita do
ctiſſimoꝝ grauiſſimorūqꝫ viroꝝ cōſuetudine aſſidue vtendum.
quo eoꝝ prudentia vel inſtituti. vel cōfirmati meliores in dies
ſimus. Et quod Theophraſtꝰ Alexandꝝ monuiſſe traditur. li
bri q̃ꝫplurimi comparādi ſunt quo ſcriptis hoꝝ admoniti quæ
amici principibꝰ dicere verētur. quid ſequēdum aut nō ſequen
dum ſit, teneamꝰ. Sic em̄ cum alia multa. tum etiam qui or

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

natꝰ. q̃ orõ. q̃ honos nob̃ ↄueniat: nõ ignorabimꝰ Sic ad Por
ſenã q̃ occidendũ acceſſit: eũ offendiſſet huiõi nugis cæteros an
tecellẽ: fortaſſe nõ re infecta rediĳſſet ad ſuos. Nec Darĳ mater
Hephæſtionẽ ꝓ Alexãdro adoraſſʒ: ſi aut exteriore corpis cul
tu aut ꝟboꝝ faſtu: aut honorationis inſolẽtia maiorem Hephæ
ſtione vidiſſet Alexandrum Laudaꝛ a ſapientibꝰ nõ Ageſilaus
rex modo: ſʒ vniuerſi lacedæmonĳ: qđ ꝛ amictu admodũ vili. ꝛ
ſermone breui ac ſimplici ꝛ veluti quadã vitæ victuſqʒ atqʒ mo
rum æq̃litate vterenꝛ Itaqʒ ingẽti illo vulnẽ a. M. Attilio re
gulo pculſi Carthaginẽſes: nõ Croeſum. nõ Sardanapalum.
nõ Xerxem aliquẽ: ſʒ lacedæmoniũ Xanthippum ſuis afflictis
rebꝰ præficiẽtes e victis victores euaſerũt. Sola quidem ꝟtꝰ eſt
quæ nullis huiõi ornatꝰ inſignibꝰ ꝛ inſignis eſt ꝛ ornatu omni
ornatior: quæ nullis decorata ꝟbis ſeſe ipſa decorãdam oſtẽdit:
quæ ſi a nemine etiam honoreꝛ: cunctis eſt honorabilis. Virtu
tem ergo ipſa mi Nicolae ſi tuo ſemp comitatu ↄtuberniõqʒ di
gnaberis: ſi hãc tibi ſociã ſi ſodalem aſſumes: ſi cunctis hãc tu
is actionibꝰ non mõ intẽſſe: ſed p̄eſſe voles: nulli te vnq̃ʒ errato
facies obnoxiũ: Verꝝ ita velim ꝟtutem abs te coli: vt eã nullam
eſſe ducas: quæ deo vacet. Nã quæcũqʒ a priſcis illis vel ſapiẽ
tibꝰ; vel ſapiẽtiæ ſtudioſis ꝟtutum nomibꝰ appellanꝛ: nequaq̃ʒ
ꝟtutes ſunt: ſʒ veluti adumbrata q̃dã ſimulacra ꝟtutũ. Nã ve
ra ꝛ incomutabilis ꝟtus ſapiã eſt: quæ nihil fictũ: nihil ſimula
tum admittit: ſed ad veritatem cælestium reꝝ tota deumqʒ re
ferꝛ. Omnis aũt ſciẽtia hæc inferior. ꝛ ſciẽtiæ ptes: q̃s actiuas
et morales ꝟtutes dicimꝰ: ita ꝟtutem ſapiũt: ſi ſapiẽtiæ ſe con
iunxerint. Nam ſcientia omnis huiuſmodi quæ ſapientiam.
habet coniunctam fixa eſt: quæ vero non habʒ ſapientiã ꝛ man
ca eſt ꝛ debilis nullorumqʒ neruoꝝ. Quem em̃ prudentem dixe
ro. quem iuſtum. quem liberalez. quem forti ꝛ magno aĩo virũ
quem deniqʒ modeſtum. frugi. temperantem. qui principem at
qʒ reginam ꝟtutum omniũ quam ſapiẽtiam dicimꝰ: ignorarit:
Nihil igiꝛ tibi agẽdum arbitror: quod nõ tecum antea diu ſis
multũqʒ meditatꝰ. Nulli autem cogitatꝰ tui veritate ꝛ deo va
care debẽt. Hoc p̄ſente atqʒ arbitro ꝛ ↄſiderãda tibi. ꝛ dicẽda. ꝛ
agẽda ſunt omnia. In cunctis autem ꝛ ꝟbis ꝛ rebꝰ fides ſeruan
da eſt. Huic em̃ vni q̃ iuſticia minꝰ nitiꝛ: iuſticia eẽ nullo pacto
poteſt. Homo vero iuſticia vacuus ſimil' eſt immaniũ bælluaꝝ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

Nulla re alia Ariſtides ꝛ dict⁹ eſt ꝛ exiſtimat⁹ vir optim⁹: niſi
iſti. nũc tandẽ dare incipias. Niſi fortaſſe qd̕ nolim. moleſte fe
ras res vllas bonas fore tibi cõmunes cũ alijs Nã ſi plurib⁹ ro
gari te cupias. nõ poſſum nõ vereri. ne vel iuidiæ. l' obtrectatio
nis ſis accuſand⁹. q̄s q̇dẽ ꝑturbatiões ĩdignas arbitror magni
tudie animi tui. Cupio itẽ plãtas prunoꝝ damaſcenoꝝ Uale.
Ex mediolano. iiij. nonas februarias. M. cccc. li.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

¶ Frācīſcꝰ philelfus Karolo regi frācoꝝ
ſalutē plurimā dicit

CUm tuas ego res bellicas diu mecū rex Karole mul
tūq̄z cogitaui: vnꝰ profecto viſus es quē vniuerſa chri
ſtiana reſpublica tātis ac tam diuturnis fluctibꝰ agitata cōcupi
tæ exoptatæq̄z quietis atq̄z trāquillitatꝭ auctorem ſit tādem ha
bitura. Nam ſi veꝝ ſine cuiuſquā inuidia fateri licet: poſteaq̄z i
pia ⁊ immanis illa ſceleratiſſima mahometi ſecta inualuit. nul
lum eſt vſquā hoīm genus. cui plus debeat chriſtiana religio q̄z
inuictæ francoꝝ nobiliſſimæq̄z ꝟtuti. Cū reliq̄ eīm fere oēs ⁊ re
ges ⁊ populi chriſtiani ignauo quodā animi torpore tanq̄z elan
guiſſent ſoli frāci inuēti ſunt. qui ingēti animo ⁊ excelſo omnez
barbaroꝝ ⁊ infideliū impetum nō modo ſubſtinuerit ſed repreſ
ſerint. quid inquā, repſſerint. imo fuderint. fugarit. oppſſerint.
Nam italiæ vires q̄z q̄z ⁊ validæ ſunt ⁊ maxime. tamē quia ne
ſcio quo infœlici fato inteſtinis ſeditionibꝰ inimiciciȷſq̄z laborarē
didicē. neq̄z potuerūt oīno nec item pſīt oſtēdere. quātuz vi pru
dentiæ ⁊ animi robore vigēt. florēt. atq̄z antecellūt Soli frāci.
Soli frācoꝝ ꝓncipes ac reges in omni chriſtianoꝝ numero an
ſi ſunt chriſtianæ vtilitati ſemꝑ ⁊ dignitati cōſulere. Itaq̄z ma
iorem in modū dolēdum erat. tātum inualuiſſe vim demonum
vt quæ vna gens eſſz in nomīe chriſtiano. quæ ad pietatē ⁊ glo
riā nata videret. ea tādiu domeſticis cladibꝰ exerceret. Sz ſinit
interdū deus eos vrgeri aduerſis rebꝰ. quos habet cariores. idq̄z
vt arbitror. nō tam quo experiat fidem ⁊ cōſtantiā hominū. q̄z
multo prius norit. q̄z futura ſit. ſed quo ijs detur veluti ꝓmerē
di materia cumulatior. ⁊ illuſtrior. Quare cum Thobias. cum
Iob. cum rex tolerātiſſimꝰ ille Dauid tātas ac tam itolerabilis
erumnas perpeſſi ſunt. quo ſe aduerſus deum geſſere ſubmiſſio
ris. eo magis illos ⁊ ope ſua. ⁊ ſuis ſecūdis rebꝰ deus dignatus
eſt. Sic eīm deus tum maxime ꝓdeſt. cum maxime videt afflig ē
tum ꝑ huiōi calamitates atq̄z cruciatꝰ reſipiſcēdi cæteris exem
plum afferri ſolet. Dolendū ꝓfecto erat bonis omnibꝰ Rex Ka
role. quod chriſtianiſſimū genus hoīm te regere pientiſſimo tā
diu. tam grauit. tāta maloꝝ mole premeret. At ego cū meipm
colligo. ⁊ mēte diligētius rem voluto. facile videor intelligē id
omne diuino quodā ꝯſilio factum eſſe. Oſtēdere deus voluit. vt
opinor. nullam eē humanā potētiam. quæ ꝓprijs cōſilijs atq̄z

adminiculis aut perpetua eſſe poſſit: aut diuturna: ſi diuino præ
ſidio careat. Quamobrem idcirco paululum veluti a francis ſe
cedere viſus eſt. quo ⁊ per fideliſſimi populi flagella infidelibꝰ cũ
ctis minitaret̃ interitum ⁊ cum te francis venerabiliorem: tum
vniuerſis tuis ſuiſqꝫ hoſtibus formidabiliorẽ efficeret. Tua cer
te pietate: ſed diuina quadã ope ⁊ auxilio factum eſt: vt eos om
nis: qui perinde atqꝫ ſtulti ⁊ amentes a te defecerant: ad ſanitatẽ
tua cum gloria videas rediiſſe. Deo ipſo duce. imperatore. vexil
lifero nõ modo patritum atqꝫ auitum regnum cum immmorta
litatis nomine recuperaſti: ſed longe id admodum amplificaſti
ſtabiliſti. ornaſti. Nam ſi magna res eſt ferociſſimos angloꝝ
impetꝰ ſuſtinere. quãto maior cenſeri debet anglos ſuperare. ꝓ
ſternere. interimere. Has autem talis tãtaſqꝫ victorias in rebꝰ
præſertim deſperatiſ ⁊ perditis exiſtimare debes neqꝫ tuis. nec vl
lis humanis opibus te adeptum: ſed diuina potius quadam mẽ
te. q̃ chriſtianæ ſuæqꝫ reipublicæ diuturna ægrotatione morbo
qꝫ cõfectæ tuo fœliciſſimo ductu. tuis ſecũdiſſimis auſpiciis iã
tãdem ſuccurrere mederiqꝫ cõſtituit. Quare te rex Karole etiã
atqꝫ etiam rogo. ⁊ oro. vt quanq̃ꝫ neqꝫ mei. neqꝫ cuiuſquã cõſi
lii. nullius admonitionis. nullius cohortationis indigeas paca
tis iam ⁊ compoſitis rebus tuis mẽtem atqꝫ animum tuũ oẽm
ita excites atqꝫ armes in peſtiferos ⁊ impios hoſtes Chriſti: vt
tanto tamqꝫ ſempiterno beneficio ornatus non gratitudinis mi
nus lauderis: q̃ꝫ cæteraꝝ virtutum omnium conſueſti. ¶ Duo
ſunt infidelium genera quæ populum chriſtianum maximis de
trimentis ærumniſqꝫ affecerũt: quottidieqꝫ afficiunt turci ⁊ ſar
rhaceni. quoꝝ alteri parua ſeruoꝝ manu ægypto. Syria: iudea
tribus opulẽtiſſimis prouinciis ꝑ noſtram negligẽtiam occupa
tis Cyprum. Rhodũ ac reliquas finitimas inſulas in dies ma
gis magiſqꝫ populantur. Turci vero nulla ſua. ſed chriſtianoꝝ
pecunia cõducto peregrino milite ⁊ eo quidem nõ admodũ mul
to id ſunt bellãdi aſſiduitate aſſecuti. vt qui fugitiui ſcytharum
ſerui ex horrenribꝰ illis cautibus vaſti Caucaſi in perſida ſeſe ac
mediam mẽdici ⁊ famelici recepiſſent: nũc nemĩe: vt ita dixerĩ:
repugnãte intra ſinum hadriaticum nõ ita lõge ab italia cõſede
rint. quin ſi velint. ad paucas horas eo ſint traiecturi. Hos au
tem qui ſunt quaſi quædã ſarrhacenoꝝ propugnacula etſi iam
pridem chriſtiana virtꝰ nõ difficile ſuperare ſubiugareqꝫ potue-

rat. tamē cum vel imparatꝰ in eos vel imprudentiꝰ itur. fit vt et prudentes illi ⁊ parati exiſtimētur. Hac vna re factū eſt. vt ⁊ rex Sigiſmundus annos natꝰ quattuoꝛ ⁊ viginti incautius hoſtem nō omnino incallidū aggreſſus fugæ turpiſſimæ terga dederit. ⁊ Uladiſlaus rex admodum adoleſcēs cum annis ſuperioribus ſuū maluiſſꝫ q̄ꝫ Joānis vaiuodæ peritiſſimi ducis qui iam bis ⁊ iterꝝ turcos ingēti clade perculerat. cōſilium ſequi. cū non mediocri chriſtiani exercitus detrimēto interierit. ⁊ āno proximo idem Joānes vaiuoda qui ātea ſæpenumero trophæa de turcis pulcherrima ſtatuiſſet. cum eoſdem hoſtes adoꝛtus foꝛtiſſime: iam plane vertiſſet in fugam: coactꝰ fuerit per ſuoꝝ militū inconſtātiam Getarumqꝫ perfidiam nō ſine magno chriſtianorum vulnere ab eo bello diſcedere. Ita fit: vt vel imperatoꝛū inſcitia. vel timiditate militum. vel diſſoluciore quodā hoſtium cōtemptu. quos vinci iampridem ⁊ venire ſub haſta aut mactari opoꝛtuiſſet. victoꝛes ipſi inſolēteſqꝫ videātur. Eoqꝫ ab iis audaciæ itum eſt. vt cæteris fere omnibus chriſtianis pro nihilo habitis ſolos ſibi metuendos ducant ⁊ francos ⁊ italos. quos alteros ſæpe mari. alteros vero quādoqꝫ terra non ſine ſua maxima pernicie pugnātis experti ſint. Sed quoniam nō ignoꝛant vires italicas hoc tempoꝛe vt antea ſæpe mutuis inter ſe odiis ac bellis digladiari. ſoli ipſi frāci ſunt reliqui. quos foꝛmidēt. quippe q̄s audiāt poſt tā multas p̄claraſqꝫ victoꝛias. q̄s de anglis germaniſqꝫ ſunt adepti. quē æque int̄ chriſtianos timeāt. hoſtē habere neminē. Un̄ cū ſciāt v̄tutē francoꝝ ocioſam natura eſſe nō poſſe. ⁊ eoſdē præterea iuſtas habere cauſas vlciſcēdi. ſummū inde in ſeſe malum breui putāt emanaturū p̄ſertim eodē vno te rege foꝛtunatiſſimo ⁊ belli duce foꝛtiſſimo. ⁊ prudentiſſimo caſtroꝝ imperatoꝛe. ⁊ viro plane optimo ⁊ hominibꝰ ſimul deoqꝫ cariſſimo. ¶ Quæ cum ita ſint. reliqua tria eſſe aīaduerto: quæ oſtēdā. primū quod adeo id bellū neceſſariū eſt. vt nullo pacto prætermitti queat. alterum vero. quod ea res factu eſt admodū facilis. ſi ratione ⁊ cōſilio gubernetur. Extremū autē erit. vt probem. q̄ꝫ ingentem vtilitatem hoc idem bellū ſua ſit victoꝛia tibi chriſtianiſqꝫ allaturū. Quid enim in hominum vita magis neceſſariū cenſeri debet. q̄ꝫ aut id maxime omniū ſequi. quod honeſtum ſit. aut id ōni ope atqꝫ opera aſpernari. qđ afferat ſecum vllam turpitudinis fœditatem? Non enī ad cibū ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

potum. non ad prurientem corpis voluptatem. quæ ipſa nobis
cum pecudibꝰ ſunt cõmunia. ſꝫ ad decꝰ dignitatemq̃ꝫ nati ſumꝰ
Idcirco nobis mens data eſt immortalis ac diuina. vt immor
talitati ſeruiētes dei ſimus q̄ꝫ ſimillime. Et quo pacto propius
ad deum accedimus q̄ꝫ ꝑ beneficētiam ⁊ iuſticiam. Tūc Deum
maxime imitamur cum aliĳs benefaciamꝰ. cum iuſti ſumꝰ Qui
bus rebꝰ eo eſt magis a nobis ſtudendū. q̄d nō ſolum gloriā hu
ius mūdi. quæ quātacūq̃ꝫ eſt. tota eſt breuis planeq̃ꝫ inanis. ſꝫ
multo magis cæleſtem illā atq̃ꝫ ſempiternam aſſequimur Nec
ille mihi iuſtus videri ſolet. qui noceat nemini. id quod etiā cū
plæriſq̃ꝫ aliĳs animantibus eſt nobis cōmune. ſed qui vel ꝓſit.
cum poteſt. vel ꝓpulſet iniuriā. Nō em̄ ſolis nobis natura nos
genuit. ſꝫ his omnibꝰ. quos intelligētiæ vis rationiſq̃ꝫ ꝟtus im
mortali quadā forma inſigniuit. Atqui vt is abhorret a digni
tate naturæ qui iniuſtus ſit. qui nihil opis. nihil adiumēti confe
rat in humanū genꝰ. ita hic admodū præ ſe fert naturæ bonita
tem. qui ad cōmunez hominū ſalutem atq̃ꝫ ornamētum ſeſe na
tum meminerit. Qd̄ ſi honeſtū eſt ob cōmunis hominum vti
litates nullos labores: nulla pericula fugere. quāto honeſtius ⁊
p̄clariꝰ duci ꝯueit id facē nō ꝓpt̄ hoīes ſolū ſꝫ ꝓpt̄ deū. ꝓpt̄ ſal
uatorē nr̄m. ꝓpt̄ Chriſtū optimū: maximū: Qui nullo a nob
officio ꝓuocatꝰ vltro ſe noſtra cauſa morti dedidit. Dū ſarrha
ceni. dum turci chriſtianis nocēt ꝑ oēm iniuriæ cōtumeliā: cui
demū nocēt: Nō immortali deo: Nō humani generis ſaluato
ri: Nō chriſto ipſi domino ⁊ redemptori noſtro: Et quibus in
iurĳs. quibus cōtumelĳs nocet nefaria illa īmaniſq̃ꝫ barbaria:
quibꝰ certe nihil crudelius. nihil dirius. nihil ſpurciꝰ. nihil abo
minabilius vel dici vel excogitari poſſit. Homibꝰ ⁊ chriſtianis
et ſacerdotibus nō procalonibus ⁊ lyxis duntaxat. ſꝫ pro iumē
tis etiam vtūtur. His vehūt. his arant. his fodiūt. his abiectiſ
ſima exercēt omnia erubeſcēdaq̃ꝫ miſteria. Quod ſiqui ſe homi
nes ⁊ chriſtianos remiſcentes minꝰ æquo animo indignitatez
tulerint. cōtinuo torquētur ꝑ extremos corpis cruciatꝰ. deco
riant. verubꝰ ſuffigūtur. ſecantur. rota inſuūtur ꝑ acerbiſſimas
membrorꝫ oīm fractiones. Oh miſerā Oh infœlicē ꝯdicionez
chriſtianæ religionis: Hæc chriſtiani ꝑncipes audiūt: hæc ſci
unt: hæc ſentiūt: hæc miti animo fieri patiūtur: Nā quid ego
dicā de ſpurciſſima ⁊ teterrima execrabilis intemperātiæ fœdi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

tate: quã ſiquis animo generoſioꝛ perpeti noluerit: aut defodit̃:
aut exciditur. Non his omnib⁹ iniurijs ac probris Chriſt⁹ affi
citur: quã doquidem ob eius nomẽ chriſtianis inferunt: Num
decet chriſtianiſſimum regem pati nomen chriſtianum tam te-
tro. tam hoꝛribili. tam deteſtabili dedecoꝛe ſcelerari: Num Lu-
douicus ille Rex ſanctiſſimus qui pꝛimus regū omnium chri
ſtianiſſimus dictus eſt: pateretur ſi viueret: tam turpem contu
meliæ notam inuri chriſtianæ dignitati: qui pꝛimum vt ſtaret
cõuentis: vt iuſiurandum ſeruaret: vt illud quod honeſtum di
cimus tueretur: exhauſit theſauros ſuos omnis. ⁊ quam anno
ſuperioꝛe ceperat cum ingenti pͦda. Damiatam hoc eñ nomine
canopum appellant; reſtituit ſarrhacenis: deinde comparato rur
ſus ex vniuerſa gallia italiaqꝫ ⁊ ſicilia exercitu ob eãdem vim ho
neſtatis in africam traiecit eo cõſilio: ea mente: vt non modo ac
ceptam in ægypto calamitatem vlciſceretur: ſed omnem impu-
riſſimi mahometi ſuperſtitionem tolleret e terra viuentium: id
quod facile effeciſſet: niſi peſtilẽtiæ vi coꝛrept⁹ apud tyneta quã
obſederat: vna cum filio Lodouico Albaniqꝫ cardinali ac infini
to pœne chriſtianoꝝ numero ex hac luce migraſſet. Hac etiã ra
tione Karolus ille gentilis tuus ⁊ rebus geſtis ⁊ cognomento
magnus imitatus Karolũ martellum auum: qui ſarrhacenos
ad trecenta millia ⁊ amplius interemerat: vbi poſt captiuitatē
deſiderij vltimi longobardoꝝ regis italicas res omnis compoſu
iſſet. ⁊ ab Leone ſummo pontifice id quod antea ꝯſtituerat Ha
drianus inſignibus imperij romani eſſ ʒ oꝛnatus: cum primum
in vlterioꝛem galliam reuertiſſet: non tam contentus præſenti
laude ꝙ maioꝛem quãdam ⁊ clarioꝛem animo meditatus robu-
ſtis firmiſſimiſqꝫ copijs Hiſpaniam petit. Ea eñ per id tempo
ris ſceleratis perditi mahometi ſectatoꝛib⁹ ſeruiebat. Tota erat
in tetro ſarrhacenoꝝ ⁊ flagicioſiſſimo dominatu Diuturnum fu
it periculoſiſſimumqꝫ bellum. Multæ pugnæ. multæ vtrinqꝫ
clades. euentus varij. Sed tãdem effectum eſt diuina benignita
te: vt pꝛudentia ⁊ perſeuerantia imperatoꝛis exercituſqꝫ virtute
ĳdem impij hoſtes Chriſti æque fuerit extrema calamitate pͦſſi:
vt eiuſdem perfidiæ ſocij ad aſperum montem afri ab eodē Ka
rolo deleti ſunt. Nonne eadem fuit honeſtatis cauſa Ludouico
pio huius Karoli magni filio: dum tãto cũ laboꝛe atqꝫ periculo
liberauit vꝛbem Romam duriſſimo ſarrhacenoꝝ iugo: ꝗ ſultani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

ægyptioꝝ ductu per nefariam quorundam Romanoꝝ coniura
tionem in italiam fuerant accerſiti: Nam quod aliud deſideriū
fuiſſe credimus francis illis reliquiſqꝫ gallis: qui duce Gotthi
fredo vbi in aſiam perueniſſent: ſarrhacenos apud damaſcum
pugna ſuperarunt: apud antiochiam perſas. ⁊ turcos contriue-
runt. Meſopotaniam omnem recuperarunt: ac rurſus ſarrha-
cenis in ſyria ad internitionē vſqꝫ profligatis marrhaqꝫ ac bar
cha populoſſimis munitiſſimiſqꝫ vrbibꝰ expugn̄tis ſcām ciuitatē
vniuerſamqꝫ paleſtinā quod Henerico tercio imperante fecerat
item Bohamundus: erubeſcēda infidelium ſeruitute liberarūt:
poſſederuntqꝫ mirabili cum chriſtiani nominis incremento an-
nos octo ⁊ octoginta ad Saladini vſqꝫ tempeſtatem: qui non
tam aut ſua aut turcorum quorum Amyras poſtea factus eſt:
vel prudentia: vel ṽtute q̄ꝫ noſtrorum īſcitia atqꝫ ignauia Gui-
donem ⁊ ipſum francum hieroſolymorum regem iniquo præ-
lio cepit. ⁊ reliquis chriſtianis ad interitum actis Remandum
quoqꝫ optimum ⁊ fortiſſimum virum ac rerum bellicarum pe-
ritiſſimum viuum ad ſe perductum ira excandeſcens gladio cō
foſſum occidit: ⁊ ita quod ſine lachrymis meminiſſe nō poſſum
terram ſanctā: Chriſtiqꝫ domicilium ſpurciſſimi mahometi ga
neo dicauit. ⁊ fuit is vnus Saladinus: qui tantam peſtem: tā-
tam perniciem: tantum deniqꝫ exitium ac pœne interitum chri
ſtianæ reipublicæ intulit. Et ille quidem Saladinus fuit: qui
et turcus ⁊ ottomanus hac tanta ⁊ chriſtianis tam infœlici vi
ctoria elatus tantum ſibi nomen ⁊ dignitatem peperit: vt ⁊ vnꝰ
omnium primus ex ottomana familia incredibili turcorum om
nium conſenſu rex: quem illi Amyram vocant: creatus fuerit.
et ita in animos illorum barbarorum influxerit: vt alium ſui ge
neris Amyram q̄ꝫ ottomanum quempiam: in hanc diem pati
antur neminem. Ex ea vero tempeſtate vbi ſanctam ciuitatem
omnemqꝫ iudæam chriſtiani tanta clade amiſiſſent. ⁊ Alexius
comnenus imperator conſtantinopolitanus latrocinandi tur-
cis vberem iuſtamqꝫ materiam præſtitiſſet: idemqꝫ reliqui dein
ceps eiuſmodi nō nulli imperatores ſtuduiſſent: ita per noſtroꝝ
ſecordiā ⁊ inertiā res turcoꝝ mirabili incremēto auctæ ampli-
ficatæqꝫ ſunt: vt non tam de recuperādis hieroſolymis ſperan-
dū eſſe videatur q̄ꝫ formidādum de amittēda Roma. Videmꝰ
vniuerſam fere aſiam a Phœnicibꝰ ⁊ Medis ad Helleſpōtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

vſqꝫ turcoꝝ tyrãnidi parere. In Europã vero vbi iã anno circi
ter cẽteſimc helleſpõto ſuperato accerſiti ſunt a Theodoro cãta
cuzeno aduerſus generũ ſuũ quẽ ⁊ ſocer ⁊ tutor ꝯſtãtinopolita-
no iperio antea fraudaſſet. Ioãnem palæologũ ad modũ adoleſ-
ſcentẽ: dum ſimulãt fallaciſſimi latrones auxiliũ ſe laturos illi
deliro ſeni. Callipolin ⁊ Cheroneſum ꝑmo deide totã ꝓpe thra-
ciã occupant. Myſos. Macedonas. Theſſalos oĩs. Boetios:
vniuerſam græciã: ætolos Epyrotas. Illyricos: ad itimã vſqꝫ
dalmatiã oĩa ꝑmũt teterrima ſuitute. Inſulæ poene oẽs q̃ a ſi-
nu hadriatico ad mare ponticũ iacẽt: vaſtatæ iã planæ ⁊ deſola
tæ ſunt. ⁊ nõ mõ nõ quieſcũt: aut vlla ex ꝑte remittunt efferа-
tæ belluæ: ſꝫ q̃ttidie magꝭ atqꝫ magꝭ vt ſunt ⁊ p̃dæ ⁊ cædis aui
di nũc Getas q̇ trãs Iſtꝝ icolũt: nũc i accolas germanos ⁊ hun
garos ipetũ faciũt. Idqꝫ aſſecuti iã ſunt aſſiduitate latrocinãdi
vt reliq̃s fere oĩb⁹ poſt terga ſuperatꝭ chriſtianis: hic italiæ. illic
germaniæ regno tuo finitime terrori eſſe iã incipiãt. Dum em̃
noſtri aut illos ꝯtẽnũt: aut negligũt: i hãc rex calamitatẽ ac de
dec⁹ nõ tã incidim⁹: q̃ꝫ deuenim⁹ Itaqꝫ ſatꝭ ꝑſpicue itelligi puto
q̃ꝫ honeſtum ſit aduerſus eos bellum ſuſcipere: quib⁹ ſeruire nõ
minus turpe ⁊ foedum ſit: q̃ꝫ ærumnoſum ⁊ miſerum. Quare
ſi id eſt maxime natura neceſſarium quod ſit honeſtum: non ob
ſcure tibi perſuaſum arbitror Rex Karole eſſe tui ⁊ officiꝫ ⁊ mu
neris qui chriſtianiſſimus inter pricipes chriſtianos ⁊ dicaris:
et ſis: quiqꝫ ⁊ iuſticia debeas omnibus ⁊ benefaciendi ſtudio lon
giſſime præſtare: huic tantæ chriſtianæ religionis ignominiæ
ac probro q̃ꝫ primũ conſulere. Vidĕmus a viris ſapientib⁹ quoſ
dam laudatos: qui propter inanem quandam huius mũdi glo-
riam nõ tam quod honeſtum eſſet: q̃ꝫ quod honeſtum videretur
in vita ſecuti ſint. Qua ratione ducti ⁊. L. Junius Brutus. ⁊
M. manlius torqueatus filios cedi virgis obtruncariqꝫ iuſſe-
rũt. Et id quidem illi præſentes intuenteſqꝫ. Phileni vero. et
codrus. Curtius: ac deciꝫ ſeſe pro patria deuouerunt. Multiqꝫ
aliꝫ permulta feciſſe tradũtur illi⁹ honeſtatis ſtudio: quã popu-
laris fama glorioſam facit. Nã qui verã gloriã ſectati ſint: nõ
ex illa gẽtilitate: ſed aut ex vetere aut ex nouo teſtamẽto ſpecta-
ri cõuenit: quales Habraã. Loth. Moſen fuiſſe legimus: q̃x il
le vt eſſet apud deum glorioſus: ne filium quidẽ immolare dubi
tauit. At Moſes vt i ſuos beneficẽtia vteret̃: cõtempta omni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

mundana gloria: cum maiori vtilioriqꝫ populo præfici poſſet:
ſupplici præce a deo petijt: vt ſeipſum potiuſquam iudæum po
pulum interimeret: vel ingratum. Loth vero vt ſodomorũ per
fidiam ab ijs auertẽt. quos hoſpicio ſuſcepiſſet: ne filias quidez
virgines illoꝝ libidini immanitatiqꝫ offerre atqꝫ dedere veritus
eſt: cum aliter eam iniuriæ cõtumeliam propulſare non poſſet.
Tu antẽ rex Karole patieris vniuerſum: vt ita dixerim: dei po
pulum obcoenæ atqꝫ ſpurciſſimæ turcoꝝ ⁊ ſarrhacenoꝝ intem
perãtiæ tam turpiter tam flagitioſe ſeruire? Nõ tibi potius op
tandũ eſt: ſi ſit opus: vel ingẽti probitate ⁊ laude Ludouicũ fili
um vel te etiã ipſum morti tradere pro ſalute populi chriſtiani
tãdiu multũqꝫ flagellati atqꝫ cõtriti? Imitatus ſcilicet nõ apo-
ſtolos ſoluz reliquoſqꝫ martyres: ſed Chriſtũ ipſum Jeſum: qui
cum ⁊ deus eſſet ⁊ ſummi dei filius: pro ſalute humani generis
mortem ſuã hoim morti prætulit. An ſumus ignari ſaluũ fie-
ri poſſe neminẽ: niſi qui crucez ferat: quã ipſe tulerit? Quid
quod ea eſt huius belli facilitas: vt nõ tam de noſtra dubitandũ
q̃ꝫ de infidelium præda ⁊ nece ſperãdum certo ſit? Nã hoc erat il-
lud: quod ab me ſecũdo loco dicẽdum propoſueram. Quibꝰ in
bello vincitur: ea numero tria eſſe puto. imperatoris p̃ſtantiam
militũ multitudinẽ ac robur. ⁊ pecuniariæ rei cõmodum. Sũt
eñ nũmi perinde atqꝫ nerui quidã rerum bellicaꝝ. Quæ quidẽ
omnia ⁊ nobis adfutura: ſi talis ac tãta res ductu tuo imperio-
qꝫ geratur. ⁊ illis defutura nõ eſt obſcuꝝ. Nã vt de vi nummo-
rum cõticeſcã: quibus te atqꝫ regnũ tuũ mirabiliter affluere om
nes ſciũt: is tibi exercitus eſt: qui ⁊ magnus. ⁊ firmus. ⁊ q̃ꝫdiu-
tiſſime aſſidua militia ſumma cũ laude exercitatꝰ aduerſus ma
ximas eaſdẽqꝫ oim maxime formidabiles angloꝝ vires: ne vni-
uerſum quidem hominũ genus pertimeſcat. Magnæ laudi da
tũ eſt. G. Julio Cæſari: quod britannos difficili bello ſuperaſ-
ſet: qui ⁊ Liberũ. ⁊ Herculem peritiſſimos duos ⁊ clariſſimos
duos potentiſſimoſqꝫ duces vertiſſent aliquãdo in fugam. ⁊ ab
nemine ipſi vnq̃ꝫ eſſent ſuperati. At eoſdẽ ab anglis non modo
ſuperatos ⁊ victos. ſed patrio ſolo exterminatos oſtẽdit Gallia
Quãto antẽ angli ſint frãcis tuis inferiores: frequẽtes perma
gnæqꝫ de ijs habitæ in hãc diem a te victoriæ declararũt. Im-
peratoris præſtãtiam duabus rebus cõſtare puto: prudentia et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

virtute: quibꝰ ipſis ⁊ auctoritas omnis ⁊ euentꝰ proſperi partiū
tur. Nam ratio ⁊ cōſilium cum omnibꝰ in rebus plurimum va
let: tum in bello gerēdo maxime. Qui enī rei militaris ⁊ impe-
rij ſit ignarꝰ: recte agere nihil poteſt neqꝫ pugnādo neqꝫ impe-
rādo. Nam ſiue quorundam perfidia factum fuerit: ſiue nutu
quodam dei: qui quos amat arguit ⁊ caſtigat: quo ſeſe cognoſcē
tes eruditiores fiāt: ab vſqꝫ puero in hāc ætatem iam ingraue-
ſcētem ita belli ſemper verſatꝰ es: vt nullum te omnino neqꝫ mi
litis nec imperatoris munꝰ. vſus nullus. ratio nulla latere que
at. Uirtute autem tāta es: quāta rex vnqꝫ aliꝰ neqꝫ fuit nec eſſe
poſſit. Quem enī te vno iuſtiorem: quem beneficētiorē aut vi-
dimꝰ: aut audiuimꝰ: aut legimꝰ: de humanitate. de modeſtia. de
facilitate tua quid attinet dicē: qui cum cæteris omnibꝰ nomis
chriſtiani pricipibꝰ. ⁊ regibꝰ dignitate. viribus. ⁊ gloria antecel
lis: te infimis etiam omnibꝰ parem geras: quoſcūqꝫ illuſtri ali
quo pbitatis ſimulacro præditos eſſe perſpicias. Quibꝰ quidē
artibꝰ per fœliciſſimos rex exitꝰ: quos prudentiæ ꝟtutis inter-
uētu deꝰ ipſe præſtare cōſueuit: tātam es auctoritatē adeptus:
vt ⁊ deo tuiſqꝫ cariſſimis ⁊ cunctis mortalibꝰ nō venerabilis mi
nus: qꝫ formidabilis videare. Quoniam igitꝰ ea omnia tecū ha-
bes: quibꝰ facilis victoria paritꝰ: quid eſt: quod te ab huiuſmodi
bello remorari debeat: Nam hæc infidelibꝰ ſecus ſunt oia. Dicā
primū de ſarrhacenis. de turcis poſtea: ſi de mahometo ipſo toti
ius illoꝝ ſupſtitionis ⁊ impietatis pricipe pauca antea pcucur-
rero. Fuit enī mahometus cyrenaico genere natꝰ anno a Nata-
li chriſtiano ſexcēteſimo vigeſimo ſexto. nulla parētum claritu
dine cognitꝰ. nullis opibꝰ. ſolus prorſus ⁊ nullaꝝ viriū. nullorū
qꝫ neruoꝝ. Hic admodū puer captꝰ a ſarrhacenis qui inſignes
habētur int arabas latrocinijs: vænijt Abdimonepli mercato-
ri: q ſe Iſma helitico genere ortū dicēt. Is quoniā careret filijs:
cœpit pmo mahometū tractare liberalius: qua quidem re factū
eſt: vt Abdimoneplis filiꝰ diceretꝰ mahometꝰ Eratqꝫ homo ille
ſimulator. diſſimulatorqꝫ. verſutꝰ. rapax. ⁊ impurꝰ. ⁊ omni fla
gitio in pmis obnoxius: q mox vbi adoleſſet: mercatoris illiꝰ pe
cunioſi famulꝰ camelos agebat cum mercibꝰ per ægyptū Syriā
et Palæſtinā. perqꝫ alios peregrinos locos. Quibꝰ itineribꝰ ite
rū atqꝫ iteꝝ repetitis. vſus ſæpenumero tum iudæoꝝ: tū chriſtia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

norum cōſuetudine nō tam diſcere q̄ꝫ deprauare ſtuduit ⁊ vet⁹ ⁊
nouum ſacraꝝ ſcripturaꝝ teſtamētum. Nam acumen īgenij in
animo facinoroſo peiorē in partem oīa ſemꝑ interp̄tat̄. Cū hu-
iuſmodi miniſterio mercatori domino fidem falleret: reddituſqꝫ
eſſet cōtinuis furtis ⁊ ſuſpect⁹ ⁊ inuiſus omnib⁹: ex obſcuro ſer
uo fact⁹ inſignis latro. Erat eīm ⁊ aſpectu ſer⁹. ⁊ voce terribilis
et gladiatorio quodam robore corporis metuēd⁹ breui temporꝭ
curriculo ⁊ nummos ſibi ⁊ ei⁹ ſceleris ꝑticipes ſocios q̄ꝫplurios
comꝑauit. Et ita apud gētes barbaras in admirationem cū ve-
niſſet: generis Iſmahelitici viduam eamqꝫ locupletem Bardige
nam duxit vxorem: quæ cum illi⁹ ægrotationem ægre ferret vt
pote ſæpenumero corruētis morbo comitiali: quem in ipſum ni
mia vinoſitate ac reliqua vitæ atqꝫ vict⁹ intemperātia inciderat
mox homo veterator ⁊ perdit⁹: vt ea ſe purgaret infamia: ſimu
labat id ꝓpterea ſibi accidere: quoniam ſplēdorem angeli Gabri
elis: quem mentiebat̄ ad ſe miſſum ab deo nuncium commētan
di gratia vētitare: ferre nō poſſet: nec neceſſe morbū comitialem
ſed quam extaſin vocāt. Hui⁹ autem vxoris opib⁹ elatus homo
furcifer ad immaniora facinora cōuertit animū. Itaqꝫ ⁊ ſuo de-
prauato īgenio ad omnem audaciam prompt⁹ ⁊ Sergij Mat
thæine dolo flagitioſiſſimi monachi cōfirmatus in tātam breui
apud arabas omnes exiſtimationeꝫ venit. modo ſe iudæum: mo
do chriſtianum ſimulat: cum nihil omnino ſani ſaperet: vt ma-
ximus dei nūcius maximuſqꝫ ꝓpheta vulgo haberet̄. Cum eīm
columbam quam ſpiritum ſanctum latro callidiſſim⁹ eſſe qui ſe
cum loqueret̄: iactitabat: aſſuefeciſſet in aure ſua paſci: ac taurū
quendam ex occulto ei⁹ audita altiore voce ad ſe feſtinare ⁊ algo
ranum cornib⁹ alligatum. ſic eīm legi quam ſectatorib⁹ ſuis tra-
didit: nomen erat. cæteraſqꝫ: quas ipſe ante cum Sergio cōpo
ſuerat: fallaciſſimas ſcripturas ſibi veluti deferre. ⁊ ī ſuas man⁹
a quib⁹ ſolis pabulum capere didiciſſet: tan q̄ꝫ deponē: facile per
ſuaſit hominib⁹ ventri ⁊ ſomno deditis ſuos oīs peſtiferos in ſa-
noſqꝫ cogitat⁹. Quib⁹ inſidijs factū eſt: vt iam auderet. nō latro
cinij ſolum: ſed aperto marte aduerſus Romanoꝝ imperiū arma
capere. Nā cum ex ei⁹ ſectatorib⁹ nō mediocris numer⁹ in roma
nis legionib⁹ militaret: quo tempere Heraclius imꝑator ſtipen-
dia partiret̄ muneraqꝫ in milites; ſarrhacenis etiam ipſis ſtipen

dium petentibꝰ reſponſum eſt a quæſtoribus eam diſtributionē
nō eſſe canibus cōſtitutam. Nam ſarrhaceni ipſi quaſi carrha-
ceni apud arabas quoqꝫ habiti erāt infames. Itaqꝫ irritati eo re
ſpōſo ſarrhaceni cum illico in arabiam ad mahometū rediȷſſent.
et illum ⁊ reliquos ſarrhacenos nō difficulter ad defectionē bel
lumqꝫ cōcitarunt. Qui facto ſtatim in ſyriam impetu nō tam
ſuis viribus q̄ꝫ noſtroꝝ fræti negligētia Damaſcum petūt inſe
ſtis ſignis. Qua quidem vrbe terrore potiꝰ q̄ꝫ vi ſuperatis in cā
po damaſcenis intra mœniaqꝫ compulſis. cōfeſtim potiti ſunt
eamqꝫ diripuerūt. Et qđ nihil arbitror monſtruoſius accidiſſe
humano generi: ea in vrbe primum templum mahometo mag-
nificum dicatum eſt. diuiniqꝫ honores inſtituti publice. coactiſ-
qꝫ damaſceni impudicum illiꝰ cultum ⁊ nefariā legem accipere.
Et quoniā nō ego Mahometi referre flagitia quæqꝫ ſceleraqꝫ i-
ſtitui: ſed ex ijs quæ ſunt ꝓpemodum infinita. quædam pauca
veluti delibare: redditꝰ hac ille victoria ſucceſſibuſqꝫ ferocior: vi
dens nihil a romanorū imꝑatore in vltionem illatæ cōtumeliæ
parari aduerſus ſeſe: ita dormitātibꝰ chriſtianis bellum mouet
aduerſus finitimos perſas: a quibꝰ ſibi maxime metuebat. Reg-
bat ꝑ id temporis in perſis Choſrohes. qui etiā ipſe. vt inſanie
bat animo: diuinos ſibi honores præſtari voluerat. Is condu-
ctis turcis qui tributarij ⁊ tanq̄ꝫ ſerui ſchytaꝝ itra caucaſi clau
ſtra aſperrimaſqꝫ cautes incolebāt: ſarrhacenis occurrit. Cōcur
rit᷑ vndiqꝫ. Initur pugna ingēti ⁊ apparatu ⁊ animo. Vulne-
rant᷑ vtriqꝫ multi. capiunt᷑. occidūtur. Superatꝰ tandem ingen
ti clade mahometus in fugam vertit᷑: deformi vulnē excepto in
faciem. A turcis inq̄ꝫ his ſuperatus eſt vulneratuſqꝫ mahome-
tus. a quoꝝ nunc poſteritate maxime colitur: q̄ꝫq̄ꝫ non tam ſuꝑ
ſtitione ducūtur turci q̄ꝫ illecebris ⁊ diſſolutiore viuēdi licentia
Nā verſutꝰ ille ⁊ callidus veterator: quo faciliꝰ imperitos popu
los atqꝫ rudis ad ſe traducēt: omne libidinis ⁊ voluptatis genꝰ
ſua lege ꝑmiſit. Vini autem vſū idcirco ꝓhibuit: quo faciliꝰ ce-
laret ſuſpicionē illiꝰ morbi: qui ſe vino obrutum iāpridem corri
puiſſet. Nā vinū intēperātius ſumptū ⁊ gignit ⁊ fouet morbū
comitialem intimo quodam ſuo væhemētiſſimoqꝫ ſpiritu. Iis
enim meatibus obturatis: quibus fit reſpiratio: vel mors conti
nuo: vel morbus comitialis conſequatur: neceſſe eſt. Nō igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

religione turci: quam nullam tenent: nõ ſupſtitione: quã nullã
pluris: q̃ʒ religionẽ faciũt: quippe quib⁹ nulla neqʒ dei neqʒ ani
mi cura ſit: nullus met⁹. nullus cogitatus: ſed diſſolutiſſima q̃
dãm viuẽdi licẽtia: qui mahometi vires in perſide ꝓſtrauiſſent
et in mahometi faciez inhoneſtũ vulnus inflixiſſent: ei⁹ ſe tandẽ
ſectæ nefariæ ſocios addixerũt. Ipſe autem mahometus pluri
bus bellis geſtis. alijs ſecũdis. aduerſis alijs. poſteaq̃ʒ ãnos i ſu
is vel erroꝛib⁹ vel ſcelerib⁹ vixiſſet quadꝛagita: veneno perijt in
arabia ꝑ Bardigenæ vxoꝛis cognatos ⁊ ſuũ quendã cõſobꝛinũ:
quo tempoꝛe ab eoꝝ inſidijs redijſſet: qui cũ mercatoꝝ camelis
e ſyꝛia iter faciebãt. Sarrhacenos autem turci etſi ſemꝑ exoſi i
ſectatiqʒ ſunt: tamẽ vt mahometicæ ſuperſtitioni ſe aſciſcerẽt:
hoc fuit in cauſa. Iã vniuerſa Africa parebat ſarrhacenis ⁊ ma
gna ex ꝑte aſia: cũ turci nõ multo ſupꝛa milleſimũ annũ a Na-
tali chꝛiſtiano cœperũt apto Marte vehemẽti⁹ eos vrgẽ. Nã
vbi eos diuti⁹ in Aſia eminere indigñrent: regem creãt nomine
Sabochũ: qui de occupãda aſia cõtinuo cogitãs: quo id facili⁹
aſſequeret: ſe mahometi cultoꝛem ſimulat. idqʒ non tam dei. q̃ʒ
hoĩm metu: quos ſibi cupiebat cõciliare. Itaqʒ ꝯteſtatus eſt illi
Callipho quẽ illi veluti pontificẽ maximũ venerant: ſe de cõſti
tuta mahometi religione nihil omnino mutatuꝝ. cæterũ nolle
erubeſcẽdum ſarrhacenoꝝ nomen in aſia excellere. Quare bꝛeui
cuncti illi ſarrhaceni qui arabes ſunt. a turcis eijciũtur ex aſia re
dacti ij ſane ad ꝓſtina latrocinia: quib⁹ in hãc etiam diem maxie
omnium ſtudent diſſipati atqʒ diſperſi nõ ꝑ locos ſolum aſperri
mos ægypto. Syꝛiæ. ⁊ palæſtinæ finitimos: ſʒ ꝑ oẽm africæ
ſolitudinem. Pulſis ꝓfugatiſqʒ ſarrhacenis res turcoꝝ ꝑ Uiro
griſſam q̃ poſt Sabochi obitũ regnũ excepit. nõ mediocre cepe-
rũt incrementũ. Is eñ cum reliquũ Aſiæ quodcũqʒ ſarrhaceĩs
ſeruierat. ſubegit: tum ꝑ multas ꝑclaras vꝛbes quæ romano pa
rebãt ĩperio. vi expugnauit cepitqʒ in bythynia. Succedit Ui
rogriſſæ Archotus ꝓpinquus. q̃ pꝛimus ſubiugarat ĩ meſopo-
tamia vꝛbẽ ampliſſimã Rhohain. deinde Seleucia ⁊ Laodicea
captis vꝛbib⁹ ⁊ reliq̃ ꝓuincia ĩ deditionem accepta. regni ſedem
Mendi ꝯſtituit. ac regiũ induit diadema. eſtqʒ ſultan⁹ ſalutat⁹
Et ne videar oẽm hiſtoꝛiã recẽſere. ꝯfeſtim admodũ fit vel tur-
coꝝ diligẽtia vel negligẽtia chꝛiſtianoꝝ ꝑncipum. vt græcis ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

vniuerſa Aſia ciectis. illi ad helleſpontū vſqꝫ oĩa ſubiugarit. nec
multo poſt ĩ europam traiecerint a chriſtiaĩs accerſiti aduerſus
chriſtianos Nam quod modo dicebam cum Theodorus canta
cuzenus ægre ⁊ iniquo animo ferret eo ſe ſpoliatum quod im-
perium circumſcriptor occuparat. Turcos in Thraciam intu
lit aduerſus Romanorum imperatorem Johannem palæolo-
gum ſeniorem illum. generum ſuum ⁊ auum huius cõſtantini
imperatoris Manuelis filij. Quæ vna res q̃ꝫ calamitoſa. q̃ꝫqꝫ
funeſta ⁊ fuit ⁊ eſt chriſtianæ religioni. nõ obſcure docēt tot tã
tæqꝫ ꝓuinciæ. quæ turcis in europa ærumnoſiſſime ſeruiunt.
Et vt ſummatim accipias rex Karole. quæ qualeſqꝫ ſunt Tur
coꝝ vires. vix ad ſexaginta hominū millia exercit⁹ omnis aſcen
dit peditib⁹ equitibuſqꝫ cõflatus. Uiginti millia comparãtur
ex aſia Ad quadraginta millia ex ijs ꝓuincijs quas in europa te
nēt occupatas. Et ne hi quidem milites turci ſunt omnes. ſed
ingens chriſtianoꝝ numer⁹ quibus turc⁹ ſuperbiſſime dominãt
vel inuit⁹ in expeditionem agitur. Et erãt ſane ſexaginta hoĩm
millia. cum nuꝑ anno vigeſimo tercio agebam in thracia apud
iohãnem imperatorem Manuelis item filium. Nunc autē q̃n
to minor eoꝝ ſit numerus. facilis ſit cõiectura. ſi ea clades conſi
deretur. qua ⁊ bis ⁊ iteꝝ primis ãnis ad internitionem vſqꝫ ab
vno Johãne Uaiuoda redacti ſunt tot robuſti firmiſſimiqꝫ ex-
ercitus. Nam quod audiamus ducenta ⁊ trecenta millia homi-
num complere turcoꝝ exercitus. ſint ſane nõ trecēta millia. ſed
quotquot Xerxes fert duxiſſe aduerſus græciam quinquies eti
am decies centena hoĩm millia. dūmodo ſint omnes ruſtici ⁊ pa
ſtores. nullis tecti. nullis muniti armis. quib⁹ aut offendãt.
aut ſe tueãtur. Iampridem turcoꝝ vires exhauſtæ penit⁹ exina
nitæqꝫ ſunt. quo tempore Maſſageta ille Tomyris cognomē
to Tamberlanus Baiſeten cyricis patrē ⁊ hui⁹ mahometi ꝓa-
uum amoratho nati cum quadringētis hominū millib⁹. vicit.
cepit. interemit. Itaqꝫ turcoꝝ vires ita extenuatæ ſunt. ita fra
ctæ. vt nullo pacto ambigendum ſit de victoria. quæ eo certior
eſt futura. quo ad debilitatem exercit⁹ accedit imꝑatoris ĩfirmi
tas. Uideo laudatum a ſapientib⁹ illum athenienſem Chabriã:
qui dictitare ſit ſolit⁹ multo eſſe formidabiliorē ceruoꝝ exercitū
ductu leonis q̃ꝫ leonum ceruo duce. Qđ ſi exercitus tuus rex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

Karole tum his complet' hoībꝰ: q̊ ⁊ corpis robore ⁊ animi ma-
gnitudīe leones oēs atqꝫ īſupabiles dici poſſint: tum vno te du
ce impatoreqꝫ vtunt': qui cunctos mortalis fortitudīe ⁊ ſapīa ī
ferioris oſtēdas: num dubites integer atqꝫ ingens cum turcoꝝ
reliquijs cōgredi: qui ⁊ ipſi quaſi cerui. timidi. fugaceſqꝫ ſunt:
et meticuloſiſſimo duci parent eidemqꝫ ſtultiſſimo puero. Erat
certe huiꝰ mahometi pater Amorathus q̊ modo aīam efflauit.
et ꝟſutus ⁊ callidus rerūqꝫ bellicaꝝ ſciētiſſimꝰ. Cuius viriꝰ peri
tia ⁊ cōſilio factum eſt: vt fugatis etiam ad barnam ꝓfligatiſqꝫ
turcis fere omnibus e victo victor ꝑ effrænatā Uladiſlai adole
ſcētis audaciam imprudentiāqꝫ euaſerit. ⁊ anno item ꝓximo ad
quintumdecimum kal'. nouembres per Getaꝝ ad ſe defectionē
vehemēti clade in triballis hungaros ⁊ bohemos a quibꝰ acerri
me vrgerent': affecerit. Omnis turcoꝝ ſpes quæ in vno Amora
tho poſita erat ⁊ cōſtituta: nūc in eiꝰ filio mahumeto nutat ac lā
guet. Is ēm annos natꝰ vix dum viginti arma nunq̄ꝫ tractauit
Nec ſani quicq̄ꝫ aut didicit: aut audiuit. Totꝰ eſt in potu. totꝰ
in venere Reliqui vero aut centuriones aut tribuni militū: qui
bellādi gloria ducerent' inſignes: in illis pluribꝰ illuſtribuſqꝫ vi
ctorijs quas de turcis Johānes vaiuoda adeptꝰ eſt: omnes prope
modum periere. Quæ cū ita ſint: q̊d eſt ꝑ immortalē deum: q̊d
te rex Karole a tāta ⁊ tam certa vincēdi ſpe retardare debeat: tā
ta p̄ſertim oblata vel occaſione vel opportunitate. Nō ēm tēpꝰ
ipſum dūtaxat poſt tot ⁊ tā illuſtris tāqꝫ honeſtiſſimas victori
as tuas pacatis iā ⁊ compoſitis rebꝰ Galliæ te excitare atqꝫ īflā
mare debet ad hoc bellum ſuſcipiēdum non facile minus q̄ꝫ ne-
ceſſarium in tāta imbecillitate turcicaꝝ rerum. ſed ⁊ quam deus
ipſe attulit locoꝝ ad turcos inuadendos cōmoditas. Demetriꝰ
palæologus Manuelis etiam ipſe impatoris filiꝰ peloponeſiū
regno nuper eſt potitus excelſo animo ⁊ ſumma virtute p̊nceps
Is vt eſt vir chriſtianiſſimus ⁊ iniurijs etiam maximis affectꝰ
a turcis nihil omnium magis cupit: magis optat q̄ꝫ turcoꝝ in
teritum. Eſt autem peloponeſus regio adeo rebus oībꝰ munita:
vt nihil eē queat munitiꝰ. Circūdat' vndiqꝫ hic Jonio inde ægeo
pelago cū aſperrimis ⁊ tutiſſimis promontorijs. Iſthmo ſecer-
nit' a continēte reliquo: quē murus ꝑpetuꝰ atqꝫ inexpugnabilis
ab altero ad alteꝝ mare ſepit. Habet intus ⁊ fecūdiſſimos col-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

les ꝛ campos vberrimos rebuſq; omnibꝰ refertiſſimos: quas ho
minū victꝰ cultuſq; deſideret. Uniꝰ diei nauigatio te cū vniuerſo
chriſtianoꝝ exercitu ſecūdis ventoꝝ flatibꝰ ex promontorio tarē
tino in peloponeſum deuehat. Inde in turcos æque facillimꝰ ti
bi atq; tutiſſimus pateat impetꝰ. Nec patiaꝛ Demetrius ſe tā
tæ laudis atq; gloriæ expertem fore: ſed ipē quoq; in expeditio
nē ꝛ pugnā prodeat cū ſagiptarijs decē millibꝰ ꝛ equitibꝰ ad qua
dragita millia. Quod ſi e brundiſio velis ſoluē. B. ſcilicȝ Cæ
ſarē imitatꝰ in agꝝ dyrachinum: illico tibi obuiam fiat Harri
anites vir bellicoſiſſimus ꝛ turcis inimiciſſimus: qui vniuerſis
albanis dominaꝛ Nam q̄ȝq̄ȝ italiæ ꝑncipes mutuis intꝰ ſe odijs
diſſideāt: nemo tamē futurꝰ ſit. qui tibi in tāto ꝛ tam pio tāq; ſa
lutifero facinore audeat aduerſari ꝑ̄ſertim Nicolao quinto Ro
manoꝝ pontifice maximo: cuius ſapiētiam. grauitatē. innocen
tiā. ſanctimoniā. quaſi numen aliquod vniuerſa colit italia Ac
fiet forte fortuna: vt ſpero: vt ipſi etiam italiæ ꝑncipes depoſitꝭ
ſimultatibꝰ ꝛ diſcordijs mutuis te veniētem nō inuiti comiten
tur in ope tā ſancto: tam præclaro. Qd̄ ſi vnꝰ ſolum Frāciſcus
Sphortia Mediolanēſium dux te comitari iſtituerit. id qd̄ in
dubitato faciet: ſi pacari italiā ſenſerit: nō modo turci ꝛ ſarrha-
ceni q̇ dicunꝛ: ſȝ vniuerſi hoſtes chriſtiani noīs ad ſanitatē rede
ant. Uidemꝰ em̄ hunc Frāciſcum Sphortiā tui ꝓfecto nomīs
ac generis amātiſſimum neſcio quo natum ſydere quibꝰ educa-
tum inſtitutis: qua dei benignitate fretum vſq; adeo anteire lau
dibꝰ rei militaris vniuerſum vero hominum genus. vt nihil ſit
tā magnū. tā difficile. tam inexpugnabile: quod nō ꝛ aggredi ꝛ
ſuperare audeat ſibiq; ſubmittere. Itaq; ꝓſtratis ac victis oībꝰ
italiæ exercitibꝰ. nulliꝰ ope. nullius auxilio huiuſmodi ꝑncipa-
tus mirabili ſua diuinaq; ꝟtute potiꝰ eſt: quo nullꝰ in italia eſt
præſtātior. nullꝰ firmior. nullꝰ formidabilior. Sin autē itinē
ralis i turcos q̄ȝ nauigatiōe vti: iſtud tibi ꝑ finitimā germani
am ꝛ pānoniā eſt futuꝝ. Facile te ſequanꝛ ꝛ germani ipſi nō inui
ti ꝛ hungari Iohānesq; ipſe vaiuoda libētiſſime maioribꝰ etiā
copijs q̄ȝ ſit opꝰ. Sequanꝛ triballi duce Georgio fortiſſimo et
prudētiſſimo pricipe. Sequanꝛ ij Getæ oēs: qui ad Iſtrum ꝛ
Euxinum incolūt. eo pertinatiꝰ fidem ſeruaturi. quo ſuperiore
anno cum defeciſſent ad turcos. ingenti numero ab illis ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

interempti: q̄ꝫq̄ꝫ nullꝰ tibi auxilijs opꝰ eſt nullo comitatu. So
li certe franci ſatis ſint ſuperqꝫ futuri: quoꝝ ferociam atqꝫ impe
tum ne dicam nō ſuſtinere turci: ſed ne cōtra aſpicē quidem per
ferēt. Nam ſuperatis ꝛ victis turcis de ſarrhacenis nullum eſt
negocium Nam qui vero ſunt ſarrhaceni: eos iampridem ab ip
ſis turcis rege Sabocho ex omni Aſiæ imperio in ſolitudines
eiectos oſtēdimus ad priſtinaqꝫ latrocinia redactos: nullisꝰ cer-
tis ducibꝰ circūquaqꝫ paſſimqꝫ vagātes. nullo principatu. null
legibꝰ. Qui autem hac tempeſtate ſarrhaceni nominātur: qui-
bus ægyptꝰ paret: ꝛ ſyria ꝛ palæſtina: hi omnes ſimul cum ſul
tano ſerui ſunt vænales trās mare eo aduecti ad ſummū vigin
ti millia Nec ex vna quapiā empti natione. Sꝫ alij ſunt Sau
romatæ: alij ſarmatæ. alij gotthi. alij alani. Nonnulli græci.
plæriqꝫ illyrici. ꝛ alij ex alia gēte ac lingua: qui ꝑmo vi coacti a
patria religione rituqꝫ deſicere deinde illecebraꝝ veneficio delini-
ti mahometiſtæ nō tam redditi ſunt q̄ꝫ ſimulati Huiuſmodi ve
ro ſerui tria illa opulētiſſima regna ita iugo intollerabili ſubege
rūt: vt alij nemini q̄ꝫ ipſis aut arma ferre: aut equū inſcēdere li-
ceat: neqꝫ aliud liberale quicq̄ꝫ q̄ꝫ vel agriculturā ꝛ paſtoralē vl
mercaturā. vel tabernariā exercē. Quin etiam præter calones
aliud calciamēti genꝰ induere ægyptijs ꝛ ſyris ꝛ ijs qui iudæā
incolūt. nullum omnino licet. Itaqꝫ omnes illi populi ita mol
les effœminatiqꝫ ſunt: vt virile quicq̄ꝫ neqꝫ ſapiāt neqꝫ velint.
Tantula vero ſeruoꝝ manus qui maioꝛe ex ꝑte chriſtiani extite
rint: quid ſit aduerſus te vel conatura vel auſura: nō intelligo:
præſertim cum ſenſerit ſubiugatos turcos: q̊ ſunt veluti ꝓpug
cula atqꝫ munitiones mahometiſtaꝝ omnium. Aduerſus illos
vero cum trāſitum: tum etiam cōmeatū paret ac ꝓbeat nō Ale
xius quiſpiā ſed Cōſtantinus impatoꝛ: q̇ etiam ipſe vt eſt pioꝰ ꝛ
excelſo aīo: cum omnibꝰ: vt ita loquar: reliquijs illiꝰ oꝛiētalis ī-
perij: quæ cōfectis turcoꝝ viribꝰ validiſſime ſunt futuræ: nō ſo
lum in expeditionē te comitabiꝛ: ſed libent̄ ꝛ magnifice comita
bitur. Nomē autem cōſtātinopolitani imperij in vniuerſa aſia
et ſanctum habeꝛ ꝛ venerabile. Quapꝛopter cum perſpicue poſ
ſis aduertere rex Karole ad belli huius neceſſitatem eiuſmodi
conficiendi facilitatem accedere: vt nihil ſit de ſumma victo-
riæ ambigendum te foꝛtiſſimi ꝛ omnibus rebus oꝛnatiſſimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

exercitus ſapētiſſimo atqꝫ optimo imperatoꝛe: vtere obſecro tā-
ta hac rex occaſione quam tempus tibi atqꝫ deus attulit: nec pa-
tere vt hominum culpa fractæ atqꝫ interemptæ hoſtium infide-
lium vires reuiuiſcant. recreentur. inſtaurentur. ¶ Quod ſi ho-
neſtatis ratio. qua nihil eſſe opoꝛtet apud animū generoſius ma-
gnificūqꝫ antiquius nō omnino eam vim habet. vt ſua nos ſpe-
cie ad res maximas pulcherrimaſqꝫ alliciat. præſtet id ſaltē vis
et magnitudo vtilitatis. quam ex hac tāta ⁊ tam perfacili victo-
ria nobis noſtriſqꝫ poſteris comparabimus. Nam cum ipſe rex
Karole maximū ⁊ floꝛentiſſimum adipiſceris imperium. tum
hi omnes qui te ſequētur. ingētes ampliſſimaſqꝫ opes cōſequē-
tur. Videmus nullas eſſe reconditas adeo. longiſſime poſitas.
atqꝫ inuias regiones. quas per ſumma terræ mariſqꝫ pericula
moꝛtales ipſi comparandi auri gratia non petere cōſueuerint.
et quottidie petant. Nam ſi res geſtas Perſey Herculis Libe-
ri ex antiquitatis monimētis repetere velimus. nō magis eos
gloꝛia ductos qꝫ vtilitatis magnitudine excitatos lōginqua aſ-
perimaqꝫ bella quæſiſſe īueniam⁹. Quæ quidem vna ratio græ-
cos etiā illos potiuſquā vllus Helenæ raptus quē fabulantur.
armauit aduerſus Aſiam. Et Galli itē ipſi cū ſuperatis alpib⁹
ad padū cōſederūt. ⁊ hoꝝ poſteri cū inuaſerūt cluſinū agꝝ ac ſe-
mel ⁊ iteꝝ aduerſus Romanos mouerūt arma. re nulla magis
qꝫ emolumētis impulſi ſunt. Sic Aeneas in italiā venit. An-
tenoꝛ in Venetiā. Quot aut legimus aut audiuimus. qui co-
pias egerit aduerſus ſcythas: Nā cū ſint oīm gentiū pauperri-
mi. libere ſinūtur vagari in cāpis. nullis vꝛbibus. nullis mœni-
bus. nullis muniti ædibus aut tectis. At aduerſus auꝝ ⁊ argē-
tū. aduerſus opes ampliſſimas facile animi hominū accerſunt.
Quod ſi quottidie Galli. Hiſpani. Germani. Itali. per oēm
cōtemptū atqꝫ cōtumeliam verſātur mercatoꝛes ⁊ tanquā mer-
cenarij quidā ſerui adipiſcēdæ vtilitatis gratia inter opulētiſſi-
mas turcoꝝ ſarrhacenoꝛūqꝫ regiones. quanto maioꝛ futura ſit.
quāto cumulatioꝛ gloꝛioſioꝛqꝫ vtilitas ſi id facere licuerit te vi-
ctoꝛe ⁊ domino: Ut enī maxima cōticeſcā ⁊ feraciſſima regna.
quæ in Europa turci p̄mūt teterrima ſeruitute. vt de tā latis
tam varijs. tā amœnis. tā abūdantiſſimis rex oīm regionibus
quæ coguntur in Aſia parere turcis. nihil pꝛoꝛſus loquar. tria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

illa dũtaxat ſeruoꝝ regna ægyptus. Syria Palæſtina de õĩs
generis diuitijs cum vniuerſo genere hominum cõtendere non
dubitent. Nã ægyptus vt Philo iudæus grauiſſimus teſtis ẽ:
ſola ex orbe terraꝝ hyemem non patitur. Sed tribus anni di-
ſtributa temperataqꝫ temporibꝰ vere æſtate. autumno neqꝫ ni-
uem nouit nec moleſtam imbrium tempeſtatem. Per ſaluberri
mi Nili viciſſitudinem ſuis temporibus humefactata atqꝫ de-
mollita vltro fert omnia: quibus hominum vita vel alitur: vel
ornatur. Syria vero quanti ſit faciunda: promiſſio diuina te-
ſtata eſt. Nam promiſſionis terram quam deus omnipotẽs po
pulo ſuo cõſtituit. Judæam eſſe ſcimus. Hæc autem Syriæ ẽ
pars. Quod cũ ſua natura hæc tria regna cæteris omnibus or-
bis terræ regionibus anteeũt bonitate ſoli: accedit etiã chriſtia-
noꝝ hominum frequẽtatio: qui quidquid aut argẽti: aut auri:
aut margaritæ ⁊ gemmæ apud reliquas gẽtes ⁊ populos repe-
riũt: eo importãt: quo aliquid inde illaꝝ reꝝ exportẽt: quaꝝ illi
ſunt diuites ⁊ nos pauperes. Quãta igitur ⁊ ad te ⁊ ad chriſtia
nos omnis emolumenta ſint ꝓuentura ex hac tua tam pulchra
tam facilis de turcis ſarrhaceniſqꝫ victoria: tum dilucidius co-
gnoſces cũ tot illoꝝ ⁊ tã opulẽtiſſimoꝝ regnoꝝ magnificẽtiam
atqꝫ amplitudinẽ animo tacitus metiere ¶ Nec eſt tibi præte
rea ſubuerẽdum. neqꝫ aduerſus te tumultus in frãcia aut ĩ re-
liqua tua gallia per anglos inſurgat. cũ exercitũ aduerſus infi-
deles eduxeris. Nã neqꝫ ipſi angli vllo modo patiãtur vt ſunt
hoĩes religioni dediti: ſe tam piæ: tã ſanctæ. tam glorioſæ expe
ditionis expertes duci. Sed poſitis ⁊ proſtratis cunctis ſimul
tatibus propter Chriſtũ alacres te ſequent: imitati ſcilicet ma
iores ſuos: qui ſemper frãcorum regibus ⁊ ſocios ſeſe ⁊ comites
aſciuerũt: quotiẽs aduerſus infideles bellatũ: eſt Quin eo te ma
gis angli admirabũtur: venerabũturqꝫ: quo animaduertent te
quaſi e bellicoſiſſimo quoquodã Romulo religioſiſſimũ Numã
redditũ. Ad hæc habes Lodouicũ filium cunctis animi virtu
tibus gloriæqꝫ ſplẽdoribus q̃ſimillimũ tui: quem ſiue regni p̄
ſidio: ſiue ducẽdo exercitui præfeceris. ⁊ tuæ ⁊ chriſtianoꝝ vni
uerſæ reipublicæ nõ ſapiẽter ſolum: ſed etiam fœliciſſime proui
debis. ¶ Age igitur Chriſto duce ac propugnatore rex Karole
huic bello tam neceſſario. tam honeſto. tam glorioſo. pro tua vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

pietate vel beneficentia mentem omnem animumqꝫ intende.
Noli pro tua iuſticia eos inultos pati: quos vel tueri debeas:
vel ornare. Quod ſi nulla difficultas nullus labor deterrere te
debet ab hoc pulcherrimo honorificentiſſimoqꝫ facinore: Uide
quæſo quid tibi faciendum ſit tanta ex hoc bello propoſita non
facili ſolū: ſed ſperata certaqꝫ victoria: præſertim quod ad mū-
danā ꝛ ad cœleſtem gloriā plurimorum quoqꝫ ampliſſimorum
ꝗ regnorū ꝛ ingētes opes in te ſint ꝛ clariſſima imperia pervē
tura Bellum tibi omne futurū eſt cū agreſtibus incultiſqꝫ homi
nibus cum latronibus: cum fugitiuis: cum venalibus abiectiſ
ſimiſqꝫ ſeruis: qui dū neglectui cōtemptuiqꝫ habentur: tanquā
imbelles lāguidæqꝫ pecudes: nō mediocris tenebras noſtra cul
pa chriſtianæ luci infuderunt. Hinc ꝛ Sigiſmundus rex auda
cia potius ꝗ prudentia vſus comite per ingentem francæ nobi
litatis ſtragam inauditumqꝫ ludibrium eſt a Baiſeta illo turpi
ter ſuperatus. ꝛ rex Uladiſlaus i profligata victoria per Amo
rathum periit. Hinc Janus rex cypriorum capta vaſtataqꝫ pa
tria in cathænas ad ægyptiorum ſultanum tractus eſt. Hinc
Africa vniuerſa ꝛ magna ex parte Aſia ſeruit īpuriſſimis flagi
tioſiſſimiſqꝫ barbaris. En ſentimus iam italiæ germaniæqꝫ ve
ſtibula teneri a turcis. pulſari fore. cōcuti. irrumpi. Nec excita
mur. nec vrgemur. nec īpellimur. vt nobis ſaltē ipſis poſteriſqꝫ
noſtris cōſulamus? Quis nos tātus vel ſopor vel ſtupor īuaſit
vt quaſi mētis atqꝫ ſenſus īopes vidētes ſciētesqꝫ perire. ꝗ ī tā
facili tā illuſtri tā ampla cōducibiliqꝫ victoria ꝛ noſtrā vlciſci.
et ſummi dei īiuriā malimus? Surge iā tādem Rex Karole.
Teipſum excita. hortare. cōpara. Ut reliquis chriſtianis prīci
pibus ac regibus dignitate præſtas: ita tibi ōni ope atqꝫ opera
ſtudendū eſt. vt abſolutiſſima ꝟtute his oībus ꝛ vera glorio ſis
ſuperior. Uiciſti anglos. Recuperaſti patriā Et pulchꝛ id cer
te fuit ꝛ laudabile. Juſticiæ em̄ munus ī teipſum tuoſqꝫ cōtuli
ſti Uerū chriſtianus aduerſus chriſtianos arma ſumpſiſti. Sꝫ
quāto pulchrius erit ꝛ glorioſius. ſi idē feceris in turcos ꝛ ſar
rhacenos. a quibus nō tua ſolū. ſed Chriſti patria ſpoliatus ſis
Quæ verꝰ tibi patria eſt? Nōne Troia. quæ olī Teucria dice-
bat? Ex hac em̄ franco ꝛ Teucro ꝓfecti ſunt in Pannoniā pri
mum. deinde ꝑ ſuos poſteros in germaniā. demū in Balliam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

ſtam tranſalpinam fortiſſimi illi quidem et præſtantiſſimi au-
ctores tui nominis ⁊ generis. At hoc tempore pro Teucria et
Troia Turtiam videmus appellari. Nam ij omnes qui teucri
troianiq; dici conſuerunt: ab infami ⁊ efferata turcorum imma
nitate oppreſſi ſunt. Jidem turci hieroſolyma: vniuerſamq; iu
deā tot patriarchaꝝ ⁊ pphetaꝝ patriā: itemeratæ Mariæ ꝟgi
nis ſaluatoriſq; domicilium chriſtianis ac francis eripuerunt. ⁊
cum infinito poene francorum numero Guidonem regem cru-
deliſſime trucidarunt. Heu nos miſeros atq; īfœlices. Si tot
verberibus. tot exemplis admoniti reſipiſcere in viamq; redire
neglerimus: quæ nobis ſpes reliqua ſit futura: ſi beneficijs etiā
prouocati diuinam miſericordiam benignitatemq; contemna-
mus: Eſt igitur vel ſapientiæ vel officij tui rex Karole: vt vel
vltionis in turcos ⁊ ſarrhacenos vel gratitudinis erga deum ra
tione ductus: enſem quem quamdiu ac multum in chriſtianas
acies non iniuria diſtrinxiſti: eum in ſceleratiſſimos Chriſti ho
ſtes ſic acuas ⁊ cruentes pro tua pitate: vt non diuus Ludowi
cus ille modo ac cæteri franci pācipes qui multi defuncti ſunt
hac luce: immortalis tibi apud immortalem deum gratias ſint
acturi: ſed deus etiam ipſe: qui extremis ſupplicijs inſectatur in
gratos: id quod in Saulem: in iudæos qui Apidis vitulum
adorarant. ⁊ in alios permultos oſtendit: tua gratitudine dele-
ctatus ⁊ viuum ⁊ mortuum ſempiterna gloria te amplificet.
Hæc autem non idcirco Frāciſcus philelfus liberius ad te ſcri
pſit: quod regali tuæ incomparabiliq; virtuti quicquam diffi-
deret: ſed vt ſuam erga te fidem obſeruantiamq; oſtenderet. Va
le. Ex Mediolano. decimotercio kalendas Martias. Milleſi
mo quadringenteſimo quinquageſimoprimo.

Sequitur liber Nonus.

Francisci Philelfi Epiſtolarum. Liber Nonus.

Franciſcus Philelfus Sphoꝛtiæ ſecundo ſalutem:

b

as habitur⁹. Et q̄ꝫq̄ꝫ non ſum: vt es animo liberali atq́ꝫ benefi-
co: ignarus permultos apud te eſſe: qui in huiuſmodi commen-
tarijs cōficiendis non inepte operam ſuam accōmodent: tamen
ſi eam ꝓuinciam viro diſertiſſimo Petro perleoni ciui tuo dele-
gaueris. ⁊ tibi ⁊ mihi egregie ſatiſfacies. Vale ſplēdidiſſimum
decus Malateſtarum. Ex Mediolano. vi. idus martias. M.
cccc. liij.

Fracīſc⁹ philelfus Nicodemo tranche
dino ſalutem dicit

POſteaq́ꝫ hinc abijſti: quod præſens mihi perſuaſeras:
ita mutatum eſt: vt ab omni tua etiam ſuaſione aborre
am. Dixeram tibi Andream alamānum præſtātem adoleſcen-
tem mihi coram expoſuiſſe renūciatum eſſe pontifici maximo cū
de ei⁹ vita ac morib⁹ Mediolani ſermo aliquādo haberet: me q̇d
ſentirem interrogatum reſpōdiſſe Nicolaum Quintum virum
mihi videri doctiſſime eruditum: ſed adhuc ſapere famulatū Id
tu dictum eſſe pontifici ne crederē: ꝑmultis ⁊ argumētis ⁊ rati
onib⁹ oſtēdere ſtuduiſti. Et vt es omni in re accurat⁹ ⁊ bonus ad
id maxime elaboraſti: vt ab hac animi ſollicitudine me eximeres
id qđ etiam plane præſtitiſſes. niſi aliud quiddam poſt habitio
nem tuam veniſſet in mētem. Eſt Romæ: vt noſti. Petr⁹ Lā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

did⁹ decembris ẽgregius quidam ⁊ maledicẽdi ⁊ inſidiãdi arti-
fex. Is aduerſus me permulta iampridem perperam eſt machi-
natus per omnem animi nequiciã. adeo vt nõ modo mihi clam
et ꝑ latrocinia ſemꝑ detrahẽ cõſueuerit. ſed cõuiuia quoqꝫ Me-
diolanẽſia illa noſtra quæ hic cum aderas: lectitaſti: multis i lo-
cis ãnis ſuperioꝛib⁹ cum nobiliſſim⁹ dux Philipp⁹ eſſet in viuis
depꝛauarit atqꝫ coꝛruperit. Qua fraude factum eſt. vt vix euade-
ret publicam infamiæ notam: quæ illis inuri ſolet: qui vulgo
appellant falſarij. Nec ſane dubitarim eũdem iſtum nigerrimũ
candidũ oꝛiginem ac ſegetem extitiſſe ⁊ calumniãdo ⁊ inducẽdo
diſcoꝛdiaꝝ inimiciciarũqꝫ omniũ: quib⁹ Poggius ac Valla in-
uicem ſe dilacerãt ꝑ omnem cõtumeliæ fœditatem. Conſueuit
enĩ ex alioꝝ incõmodis ⁊ infamia famæ ſuæ cõmodiſqꝫ cõſulere
Siquid ergo de me ad ſummũ pontificẽ falſo delatum eſt: nebu-
lo iſte Candid⁹ debet eſſe in cauſa. Itaqꝫ oĩm primũ abs te peto
vt ſi hæ litteræ te pꝛius offenderint ĩ itinere/ qꝫ Florẽtia exceſſe-
ris. Andreã alamãnum cõuenias: ab eoqꝫ ſciſciteris: iocat⁹ ne
ſit hac de re mecũ: vt plæriqꝫ ſolẽt: an locut⁹ ſerio. Deinde ſi ve-
ro mihi calumniã renũciaſſe Andreã non finxiſſe aĩaduerteris:
te maioꝛem in modũ etiã atqꝫ etiam rogo: vt meo nõie põtificẽ
adeas. ⁊ ei hæc omnia de me referas: quæ pñs coꝛãqꝫ cognoſti.
Nã quo pacto xp̃o vituperem: quẽ ⁊ verſu ⁊ pꝛoſa perſæpe lau-
darim ĩnocẽtem pꝛæſertim ⁊ ſapientẽ viꝝ ⁊ de me iãpꝛidem me-
ritũ optime. Tu rẽ tenes. Reliqua ꝓ tua pꝛudentia ipſe pſtabis
. Vale. Ex Mediolano. iiij. id⁹ martias. M. cccc. liij

Frãciſcus philelſus Petro perleoni ſal.

Quid volo iſtic agas mea nomine: græce ad te ſcripſi.
Fac ſi me amas: vt q̃ꝫ pꝛimum adeas Sigiſmũdum pꝛin-
cipem: cui diligent̃ expone quod tibi videas in cõmentarijs datũ
Quod ſi feceris: rem mihi facies mirifice gratam: habebeqꝫ tibi
non inuitus gratias immoꝛtalis. Cum has litteras iam eſſem
obſignatur⁹. Xenophon filius aduenit cum litteris tuis: q̃s
ſumma cum voluptate perlegi. Nam ex litteris ijs quas ad te
dedi quinto kalendas martias. potuiſti non obſcure coniectare:
q̃ꝫ mihi iucũdus fuerat tuus in patriã reditus: quem nulla tua
epiſtola ſed ex Benua cognoꝛam Quod autẽ tantopere tu a em-
nia mihi cõmunia eſſe oſtenderis: nõ erat opus. Nam tuũ erga
me animũ iampꝛidẽ noui. ⁊ tibi me⁹ ignot⁹ non eſt. Voluiſſem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

Xenophon apud te fuiſſet: vt tibi gatificaretur. Sꝫ comitum cauſa facit: vt ei ignoſcat. Quoniam breui te videbo in præſen- tia lōgioꝛ eſſe nolui. Et tuam pudiciſſimam ſponſam ⁊ noſtros omnis bene valere opto. Uale. Ex Mediolano ꝓdie idus mar tias. M. cccc. liiij.

¶ Frāciſcus philelfus Jacobo camerinati ſal.

QUam tam diligētiam adhibuerim in rem tuam. potes ex Ciccho Angeloqꝫ cognoſcere. Idem vt mihi tu hoc tempoꝛe officium præſtes. væhemēter cupio. Fac inqꝫ opera et ſtudio tuo: vt Cicchus quod intereſt rei meæ pecuniariæ apud hos ædiles ꝗꝫ pꝛimum litteris ſuis abſoluat. Uerum bono ſint stramēto ſcriptæ (vt aiunt) Et fide opꝰ eſt ⁊ celeritate. Cauſam Cicchus ex me coꝛam intellexit. Codicem epiſtolaꝝ cum ꝓmū abſoluero. dabo ad te libēter. Xenephon totꝰ eſt tuus ⁊ pater nō minus. Uale. Ex Mediolano. xij. kalendas Apꝛiles. Mille ſimo. cccc. liiij.

¶ Frāciſcus philelfus Lodowico gonzagæ pꝛincipi mātuano ſalutem

NOn eqꝺem ſum oblitꝰ. quam mihi nuꝑ in agro brixia no beniuolētiam oſtēdiſti. ⁊ quāta me nō humanitate ſolum. ſꝫ benignitate etiam pſæpe excepis. Itaqꝫ ex eo tꝑe intel lexi pmagnā mihi in te ſpem ⁊ poſitam eſſe ⁊ cōſtitutam. Inde qꝫ factum eſt. vt ita te obſeruem ac venerer. vt me abs te putem dignū exiſtiari i ꝗ nullū bn̄ficiū tuū ſit intmoꝛituꝝ q̄ mea me de te opinio ne falſum habeat. eſt magnitudis ⁊ munificētiæ tuæ. Quid autem abs te velim. ethꝛuſco ſermone intelliges. Eſt ce- leritate nō minus opꝰ q̄z beneficētia Uale. Ex Mediolano. iiij nonas Apꝛiles. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus philelfus Alexādro Sphoꝛtiæ attēdulo ꝓncipi Piſauri ſal. pl. di.

EXiſtimabā te ante repetituꝝ Mediolanū. q̄z pficiſce- reris in Tuſciam. Sꝫ quoniā didici ſecꝰ foꝛe: qꝺ pn̄s tecū ac coꝛam acturꝰ eram. nūc ⁊ abſens ⁊ ꝑ lrās agam. neceſſe eſt. Pꝛopediē iuſſu ꝓncipis nō tam ſui q̄z negocij mei cauſa Ro mā iturꝰ ſum ad ſummum pōtificem. Ut noſti ex eo ſum philo ſophoꝝ oꝛdie. qui rem pecuniariā in bonis nō ducūt. Quo fit: vt neqꝫ ſim auri diues nec eſſe vnq̄z poſſim Nā habet nemo: qꝺ negligit. Et mihi tamē habenda eſt ratio dignitatis Sphoꝛti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

interioꝛ ſolet æſtimari. Mihi pluribꝰ opꝰ eſt: q̄ priceps effatim
præſtare nō oīno poteſt. Itaqꝫ partiendū hoc honeris tecū eſt.
Quā tu ꝓuinciā ſi libent̄ fueris amplexꝰ: nō minꝰ iudicādꝰ q̄ꝫ
nominādꝰ Alexāder exiſtimeris. Uale Ex Mediolano. iiij. no
nas aꝑles. M. cccc. liij.

Franciſcꝰ philelfus Andreæ alamāno ſal.

ERat vel officij vel humanitatis tuæ ꝑſteaq̄ꝫ hinc Flo
rētiam reuertiſti: litteraꝝ aliq̄d ad me: q̄bꝰ de te tuiſqꝫ re
bꝰ omnibꝰ ꝓ amicicia nr̄a certioꝛ fierem. Qđ tamē te nō feciſſe
eo fero moderatiꝰ: qđ ΝΕΌΓΑΜΟΣ ὬΝ neogamos on amoꝛē
q̄ꝫ amicitiæ ħ eſt vxoris q̄ꝫ Philelfi ratione habere maluiſti Ue
rum ſi ſapis: omnia modice. Nam ager frequētius q̄ꝫ par ſit re
nouatꝰ nō admodum ſæpe ꝓdit in ſegetem. Ad filioꝝ ꝓcreatio
nem nō ad voluptatem cōiugium eſt cōſtitutū. Quin quo rari
oꝛ eſt humanis in rebꝰ: eo ſuauioꝛ eſt voluptas omnis Nam qđ
ſatietatem affert: iucundum omnino eſſe nō poteſt. Quare ſi ad
hominem amiciſſimum ſcripſiſſes: nō modo feciſſes ꝓ officio. ſꝫ
qđ ΤΟΙΣ ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΙΣ ſurripuiſſes temporis: ad maiorē
tibi voluptatem ſurripuiſſes. Itaqꝫ ſi me audis: litteraꝝ faſcicu
los ad me q̄ꝫprimū accōmoda. Et q̄d ipſe agas, ⁊ q̄d agatur in
Tuſcia: fac intelligam. Nam hic nos ad bellum accingimꝰ nō
ſuſtinēdum. ſꝫ immoꝛtali noſtra cum gloꝛia ꝓfligādum. Non
eīm alere bellum volumꝰ: ſed finire. Id qđ ſi etiam vos factum
ire cōſtitueritis. ⁊ vobis ⁊ floꝛētiſſimæ reipublicæ veſtræ q̄ꝫ ſa
luberrime cōſuletis. Nec eſt ꝓfecto quiſquā in nomīe latino: q̄
vobis vnis cum ⁊ animi magnitudīe ⁊ altitudīe: tum etiā pru
dentia ſit ſuperioꝛ. Quo fit: vt niſi ciuilis vl̄ diſcoꝛdia vel facul
tas rectos cogitatꝰ veſtros impediat: victoꝛes breui futuri ſitis
Uale. Ex Mediolano. iiij. nonas aꝑles. M. cccc. liij.

Franciſcus philel. Nicolao Strozæ eq̄ti aurato ſal.

PUtas foꝛtaſſe vel obliuiōe vel negligētia factū eſſe: vt
qđ ab me iſtic ſoluēti patieras: nondū ad te ierit. Sed
neutri ꝑfecta iſtiuſmodi vitioꝝ ē locꝰ apđ me vllꝰ Nā ⁊ memo
ria valeo plurimū ⁊ ſum vnꝰ oīm diligētiſſimꝰ: ꝑſertim ī ijs re
bꝰ quæ amicoꝝ inſunt. Qđ aūt vehement̄ ⁊ diligā te ⁊ amē:
tum ea facit familiaritas ac neceſſitudo: q̄ mihi ē iā multis ānis
cū vniuerſa Strozaꝝ familia: tum ipſe tu q̄ de me ꝓuatim es bn̄
ꝓmeritꝰ Sꝫ duo fuerūt in cauſa: vt in hāc diē minꝰ ſim: vt vo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

lebā. tibi gratificat⁹. Nam ⁊ librario carui. ⁊ quiddā ꝓ officio meo p̄ſtare me ꝑncipi meo oportuit: qđ ita me ipediuit: vt nihil oīno ociȷ̄ mihi cōceſſum fuerit. Sȝ quo ſerius p̄ſtiti: eo cumulati⁹ ꝑpedie ad te ibit. Tu me iterea tpis: vt amare nō ceſſes: etiā atqȝ etiā rogo: id qđ ita intelligā te feciſſe: ſi me nobiliſſimo iſti pricipi quottidie magis feceris cariorē. Grauiſſimū ⁊ humaniſſimū viꝝ Lodouicū Caſellam bene valē opto Uale Et diſertiſſimo Tito meo ſalutē plurimā ꝟbis meis nūciato. Ex Mediolano. pridie kal'. aples. M. cccc. liiȷ

Fracīſc⁹ philelfus Nicolao Claroni ſal.

Quod nihil ad te ſcripſerim p⁹ meā a vob abitionē: honeſtæ q̄dā occupatiōes meæ cauſam p̄ſtiterūt Itaqȝ rogo te: mihi vt ignoſcas: tibiqȝ ꝑſuadeas: me vnū eſſe: q̄ tanto te amore ꝯplector: vt aliū magꝫ neminē Itaqȝ ſiqđ i me ē: qđ tibi iucūdū eſſe poſſit: id ita eſſe tuū exiſtimato: vt meū magꝫ eſſe nō poſſit. Cōmuni ꝑncipi me q̄ȝ diligētiſſime ⁊ ꝑſæpiſſime ꝯmēda. Præſtātiſſimū viꝝ eloquētiſſimūqȝ Caſellā ſaluē plurimū opto. Uale Ex Mediolano ꝑdie kal'. aples. M. cccc. liiȷ

Fracīſc⁹ philel. Fracīſco caſtrēſi grāmatico ſalu.

Quam tibi ꝓuinciā iſtic ſoluēs delegari: debes eſſe neq̄qȝ neſcius Itaqȝ miror nullas me accepiſſe lrās tuas cū co carmīe: qđ in ꝑncipē iſtū oī laude ⁊ admiratiōe dignū ex tpe luſerā. Feceris igit' ꝓ beniuolētia nr̄a: ſi tali me deſiderio q̄ȝprimū leuab. qđ vt facias: etiā atqȝ etiā abs te peto. Uale. Ex Mediolano ꝑdie kal'. aples. M. cccc. liiȷ.

Fracīſc⁹ philelfus Lodowico caſellæ ſal. plu. di.

Cum Antoni⁹ Tricin⁹ ferrariā petēt: īdignū me facturū exiſtimabā: ſi is meis vacu⁹ lrīs ad vos iſſet. Quid aūt aliud ad te ſcriberē q̄ȝ vnū illud: qđ ⁊ libent' apud oēs ⁊ cōtinent' prædico: me tibi cū ꝓpt' maxias tuas mirabileſqȝ ꝟtutes tum ꝓpt' ſingularē tuā erga me humanitatē ac beneficētiā debere plurimū: Itaqȝ tibi velim certo ꝑſuadeas me vnū eſſe ꝑpetuoqȝ futuꝝ: q̄ nihil neqȝ magnū neqȝ ꝑuū recuſatur⁹ ſim tua cauſa Quare abs te peto atqȝ ob̄ſecro: vt oīb⁹ in reb⁹ officio opaqȝ mea nō vtaris ſolū: ſed etiā ſi op⁹ fuerit: vt ita dixeris: abutaris Uale. Et cōmuni ꝑncipi me vt ſoles cariſſimū redde. Ex Mediolano. xvi. kal'. maias. M. cccc. liiȷ.

Fracīſc⁹ philelfus Petro perleoni ſal.

QVm ꝓmum Candid⁹ decemb⁹ eques aurat⁹ pn̄cipis
tui noīe veniſſ3 Mediolanū. ⁊ ex eo certior fact⁹ eſſem
de oī ſtatu tuo id qđ min⁹ cumulate ex lrīs tuis quas filio Xeno
phōti ad me dederas: ante cognorā: mirabili gaudio ſum affect⁹
et tibi ꝑ meas lrās. vt par erat: cōgratulat⁹. Deinde cū dies cō-
pluſculi præteriſſent: didici ex eodem Candido lrās meas oīs ⁊
quas ad te ⁊ q̄s ad ꝓncipem tuū dederā eſſe int̄ eundū tabellario
int̄ceptas ſurreptasve. Itaq3 ⁊ ad Sigiſmūdum ꝓncipē eadem
rurſus ſcripſi q̄ antea. ⁊ tecū idcirco egi breui⁹: quoniā ꝑ tabella
riū nō licuit vti ꝓlixitate. Quare ea dūtaxat audies græce: quæ
apud ꝓncipē tibi tuū v̄bis meis ⁊ dicēda ſunt ⁊ curāda. Vale.
Ex Mediolano. xv. kal'. maias. Mcccc. liiij.

Frāciſc⁹ philelfus Iacobo camerinati ſal.

NIſi vehement̄ amem amorē tuū: īgrat⁹ ſim. Quæ ſplē
didiſſimi eq̄tis aurati Iohānis tholētinatis ſcriba tuo
noīe mihi corā expoſuit: libētiſſime audiui. Quid aūt aut ſentiā
aut velim. tecū vna Cremonæ ad paucos vſq3 dies ꝯmētabor.
ac ſtatuā. Nā ad kalēdas maias hinc capiā iter ad vrbē Romā
negocij mei gratia. ⁊ id q̇dē ex ꝓncipis nostri ſentētia. Qđ aūt
queri viſus es: qđ nihil ad te ſcribā: nō iure id facis. Nā ꝓxis
dieb⁹ lrās ad te dedi. Tu vero Endymionis ſomnū dormitas:
reſpōdeſq3 oīno nihil. S3 idcirco ignoſco tibi: qđ ita ranarꝫ Cre
monēſiū clamorib⁹ obtunderis: vt apud te eſſe nō poſſis. Vale.
Ex Mediolano. xiiij. kal'. maias. M. cccc. liiij.

Frāciſcus philelfus Alexādro Sphortiæ ſal.

ETſi ꝓxis lrīs debes ſatis ītellexiſſe: q̄3 mihi op⁹ ſit ope
tua: nec p̄tēa ſum ignar⁹ cū ꝓ tua animi magnitudine:
tum ꝓ mea erga te obſeruātia te mihi libent̄ ḡtificaturꝫ: tm̄ quia
noui maxias tuas ac ꝓpe īfinitas occupatiōes: rurſum viſus es
admonēd⁹. Ego Romā ſum ꝓxdiem ꝯceſſur⁹. Nec oīa mihi ad
ſunt: q̇b⁹ eſt op⁹ ad id itineris. Nec mihi tā meæ q̄3 Sphortia
næ dignitatꝭ ratio ē habēda. Reliq̄ tu ꝓ tua prudētia potes cō
ſiderare. Vale. Ex Mediolano. xiiij. kal'. maias. M. cccc. liiij

Frāciſc⁹ philel. Alexandro Sphortiæ ſal.

PErhumanit̄ mihi nudiuſnon⁹ ꝑbenigneq3 r̄ndiſti. Ita
q3 tibi nō poſſum īgētis grās nō habē. Dicis tu autem
et facis oīa ꝓ magnitudīe animi tui nobilitateq3 naturæ. Reli-
quū eſt. vt qđ tua illa graui ſuauiſſimaq3 ep̄la mihi tā liberalit̄

recepiſti ad quatriduū vſqꝫ te facturꝝ: id oli effectū reddas. Nā hoc mihi pſtare gratiꝰ hoc tpe nihil potes. Uale. Ex Mediolano. iiij. kal'. maias. M. cccc. liiij.

¶ Fraciſcꝰ philelfus Nicodemo trāchedino ſalu.

QUanqꝫ nō erā neſcius te memorē fore. ⁊ q̇d mihi corā recepiſſes. ⁊ q̇d te facē oportet: tñ cū mecū aīo volutarē q̄ꝫ eſſes occupatiſſimꝰ: rurſum viſus es admonēdꝰ. Duo ſunt: q̄ tu mea cauſa ſis facturꝰ. alterum Florētiæ ore auribuſqꝫ tuis. ⁊ Romæ alterꝝ ꝑ lrās. Hæc vt ⁊ q̄ꝫ primū ⁊ diligenť cures. te etiam atqꝫ etiam rogo. Uale. Ex Mediolano pridie Kalendas. maias Mcccc. liiij.

¶ Fraciſcꝰ philelfus. Alexādro Sphortiæ ſal.

QUem roſei coloris pānū dono miſiſti mihi: libētiſſime accepi. Siqꝫ tua munificētia nō mediocriť delectatꝰ ⁊ ne id q̇dē minꝰ animi tui. q̄ꝫ doni magnitudie. Nō enī q̇ꝺ munerať. ſꝫ munerātis animꝰ maxime liberalitatē benignitatēqꝫ declarat ⁊ facit. Nā q̇ꝺ ꝟbo extenuaris: q̇ꝺ eſt apud me ampliſſimū: ſatis id ſuperqꝫ oſtēdit ⁊ me tibi eſſe cariſſimum. ⁊ te nihil pluris ducē q̄ꝫ ꝟtutē. Gratulor igiť foelicitati tuæ. q̇ vt es aīo excelſo ſplēdidiſſimoqꝫ igeio: nihil abiectū: nihil humile neqꝫ loquaris: nec ſentias. Reliquū eſt: vt tibi ꝑſuadeas tua apud me bn̄ficia oia fide bona eaqꝫ nō ingrata eſſe depoſita Uale Ex Mediolano. iij. nonas maias.. M. cccc. liiij.

¶ Fraciſcꝰ philelfus. Johāni Jacobo Ricio iuriſcōſulto ſalu.

UEnetorꝝ ꝯflictū q̇ primis ānis in Pado apud oppidū Caſalē q̄ maior cognoīať: geſtꝰ eſt: lrārꝝ īmortalitati ſum cōmendaturꝰ in quīto h̃ Sphortiados libro: q̇ mihi habeť in pn̄tia i manibꝰ. Quid abs te petierim diebꝰ ſuꝑioribꝰ: puto te nō oblitū. Si veſtrā vos laudē neglexeritꝭ: num ego ſim curaturꝰ? Uale. Ex Mediolano. iiij. nonas maias. M. cccc. liiij

¶ Fraciſcꝰ philelfus Jacobo camerinati ſal.

QUæ de me ⁊ ſentis ⁊ loq̄ris: audio nō iuitꝰ. Nā i dies magis magiſqꝫ oſtēdis ſingularē beniuolētiā in me tuā Ego ita Romā ſum ꝓfecturꝰ. vt ad quartū vſqꝫ mēſem ad ſummū ſim rediturꝰ Mediolanū. Vdas ego tibi ante q̄ꝫ dedā: quo pacto ſim cōceſſurꝰ præſertim ope nōdū emēdato Epiſtolarꝝ libros decē hoc āno edere inſtitui. Has tu oīm ꝑmꝰ habiturꝰ earꝫ viſuruſqꝫ ꝑ arbitrio tuo. de Jannocio q̇ꝺ ſcripſiſti: nō intelligo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

Itaq₃ nihil eſt qđ reſpōdeam. Uale Ex Mediolano. iiij. nonas
maias. M. cccc. liiij.

Frāciſc⁹ philelfus Nicolao Strozæ eq̄ti aurato ſalu.

PEtiiſti a me nup. cū Ferraria eſſem Mediolanū repe-
titur⁹ eam quā ad regē Frācoꝝ Karolū aduerſus Tur-
cos ꝛ Sarrhacenos ſcripſiſſe₃ epiſtolā. Quā vt ſerius ad te da
rē. honeſtæ q̄dā occupatiōes meæ ī cauſa fuerūt. Nūc v̄o ꝑ vna
idcirco epl'as q̄ttuoꝛ ad te dedi: vt ītelligēs cunctationē hāc nō
ſtudio iactā eſſe: ſ₃ neceſſitate. Nā nihil ē. qđ malim. q̄₃ nō ti-
bi ſolū cui me debere plurimū iudico. ſ₃ Strozis oīb⁹ propt̄ pal
lantē meū morem gerē. Uale. Ex Mediolano p̄die nonas ma
ias. M. cccc. liiij.

Frāciſcus philelfus Petro Thomaſio
philoſopho ac medico ſal.

REddit⁹ eſt mihi ſecūdus liber de exilio. quē miſiſti. Ti
biq₃ habeo grās: qđ eū domū tādē repet̄e coegeris. Idē
ſi de cæteris etiam feceris q̄ iſtic tā diu hoſpitant̄. magno me af
ficies beneficio. Sunt em̄ ij oēs apud Bernardū Juſtinianum
quos vt nomīe meo repetas. ꝛ huic iſti tabellario ad me des. te
maiorem in modū rogo. Legit p̄terea Patauij medicinā Mat
thæ⁹ peruſin⁹ vir nō philoſoph⁹ ſolū. ſed etiam diſert⁹. Cui ſunt
duo illi hippocratis libri. quos: vt noſti: iāp̄ridē ex græco in la
tinū cōuertim⁹. alt̄ de flatib⁹. alt̄ de paſſionib⁹ corꝑis. Itaq₃ rē
mihi facies pergratā. ſi eos libros ab eodē Matthæo v̄bis me
is repetitos. q̄₃ p̄rimū reddi mihi curaueris. Quæ ꝑuīcia tua fu
erat ſcribendi ad Poggiū ꝛ ad Uallā. ea ipſe ſum funct⁹. Cui⁹
epiſtolæ exemplū cum pl⁹ ocij nact⁹ fuero. ad te dabo. Uale. Ex
Mediolano p̄die nouas maias.. M. cccc. liiij.

Frāciſc⁹ philelfus Nicolao Uaroni ſal.

QUo diuti⁹ deſidero tuas epl'as. eo magis magiſq₃ in di-
es eaꝝ apđ me deſideriū augeſcit. Quare vt huic meæ
tātæ ꝛ tā ſuauiſſimæ ſiti aliq̄n potū afferas. abs te etiā atq₃ eti-
am peto. Et q̄ꝛ fortaſſe nullū tibi ſcribēdi argumētū occurrit.
accipe paucis. qđ r̄ńdeas. Noſti vel apud Ariſtotelē tuū cum
alijs plæriſq₃ ī locis. tum in ijs libris q̄ de reb⁹ naturalib⁹ quæ
ΦΥΣΙΚΗ vocant̄. īſcripti ſunt. Democriti opīonē de Atomis
Atomos aūt eſſe volūt corꝑa īdiuidua. Scire igit̄ cupio ea in-
diuiduitas vnde ſit. Nō em̄ puto dixeris id ꝑpt̄ ꝑuitatē accidē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

cū atomos ipſas int̄ ſeſe diuerſas ⁊ figura: ⁊ magnitudie. ⁊ vi. et natura eſſe ↄſtet. Expergiſcere igit̄: atq̄ īgeniū tuū excute: mihiq̄ diligent̄ expone: quāobrē eiuſmodi corpa q̇b⁹ Democrity. et Epicurei: tum mūdum oēm: tum ſingula ea queq̄ in mūdo ſunt: ↄſtare volūt: indiuidua nominarit. Uale. Ex Mediolano ṗdie id⁹ maias. M.cccc.liij.

¶ Franciſcus philelfus Lodowico caſellæ ſalu.

TAntā mihi nup cū Ferrariæ eſſem: beniuolētiā oſtēdiſti vt nihil videar magis cupe q̄ te viſere q̄ ſæpiſſime. Qd̄ mihi quoniā alit̄ h̄ tpe ↄtingē nō pt: vtor nūcio lrāꝝ: q̇b⁹ ⁊ videam te ⁊ alioq̄r. Idem tu ſi feceris ī ſummis occupationib⁹ tuis: ad tuū erga me ſtudiū nō paru⁹ cumul⁹ accedet. Sin min⁹ feceris: nō te cui ſcio me eſſe cariſſimū: ſ3 publica munera accuſabo: quæ tn̄ ipſa anteponi priuatis vt decet. ita etiā modice fero. mēme nobiliſſimo iſti ṗncipi ī dies magis magiſq̄ ↄmēdes. Uale. Ex Mediolano ṗdie id⁹ maias. M.cccc.liij

¶ Frāciſc⁹ philelfus. Nicolao arcimboldo iuriſcōſulto ſalu.

NEquaq̄ ſum neſcius mea tibi oīa maximæ curæ eſſe. Quo fit: vt vel tibi fortaſſe videar rē meā admodū negligē: q̄ nullū faciā tecū v̄bū: cui⁹ mihi opa vehemētiſſime op⁹ ſit. Qd̄ ne accidere iure poſſit. peto abs te: vt qd̄ vna de mea pfectione cōmentati ſum⁹: q̄ primū quātum ī te fuerit: ↄfectū reddas. Hoc erit mihi tā gratū: q̄ neceſſariū. Uale Mediolani ex edib⁹ noſtris idib⁹ maijs. M.cccc.liij.

¶ Frā. phi. Nicolao Arcimboldo iuriſcōſulto ſal.

GAudeo equidem ⁊ tibi munificētiſſimo viro debē plurimū ⁊ illi harpyiæ nihil. Nā in accipiēdis etiā bn̄ficijs liberalitatꝫ cuiuſdā poſitū mun⁹ eſt. Itaq̄ iuxta īdignū puto ab hoīb⁹ indignis bn̄ficiū accipe atq̄ īdignos ↄferre. Itaq̄ vtar eq quem polliceris ⁊ amice ⁊ fide bona. Qd̄ ṗnceps decreuit: hodie mihi numerat: Dum dies octo hic ſum. cupio vidē q̄ tu⁹ librarius ſcripſit. Quæ velim huic puero ad me des. Uale Mediolani ex edib⁹ noſtris. xiiij. kal. iunias. M.cccc.liij

¶ Frā. phi. Enico daualo equiti aurato ſal.

EX binis ijs lrīs q̄s Johāni Antonio foſſano ad te dedi: potes iā liq̄do cognoſcē aduentū ad te meū ppedie fore id qd̄ alijs itē lrīs tibi ſcripſi. q̄s hic Giſperthus gymara vna cū hiſce vltimis tibi reddidit. Et vt rem paucis teneas: ad octo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

vſq₃ dies ad ſum̄nū hinc ſum cōceſſur⁹ Romā. quē ad vſq₃ lo-
cum libera ꝓfectio mihi data eſt. Inde ad te ipſe mihi meo iure
eundi veniā dabo. Nā qui liber ꝛ nat⁹ ſim. ꝛ ſemꝑ vixerim. me
ſeruū fieri nullo pacto patiar. Uale. Ex Mediolano. xij. kal.
iunias. M. cccc. liij.

Fracīſc⁹ philelfus Nicodemo trāchedino ſal.

Et amorē ꝛ diligētiam tuā tāti facio: quāti aliud nihil
qd mihi iucundiſſimū eſſe poſſit. Delectarūt me vehe-
ment oīa. quæ mea abs te cauſa vel geſta ſunt vel tēptata. Nec
pluris euentū cuiuſq₃ rei faciundū exiſtimo. q₃ vel prudētiſſimū
cōſiliū tuū vel ſtudiū erga me ſingulare. Quid vir magn⁹ ille re-
ſpōderit. intellexi. cui non poſſum ingētis grās nō habere. qd ſe
tā ꝛ humano in me aīo ꝛ facili liberaliq₃ oſtēdat. Operā dabo.
ne me vnq̄₃ poſſit ingratitudis accuſare. Lrās Donofrij Ma-
carij tui vel iā etiā noſtri legi ꝑlibent. Sumq₃ ei⁹ ingenio miri-
fice delectat⁹. Eſt eñ ꝛ fœcundū ꝛ facile planeq₃ ingenuū. Nō
potui autem nō ſubridere: qd ei de me amic⁹ noſter ille reſpōderit
facit is certe vt debet. q eadē vtat vitæ ꝯſtātia ad vltimā vſq₃
diem. quippe cui⁹ ſenect⁹ ſit eadē. quæ leonis. Sed qd agam⁹:
fruſtra nitimur inuita Minerua. Natura valēti⁹ nihil eſt. ni-
hil difficili⁹. Uiuam⁹ nos more noſtro. alij ſuo. Qui officio fū-
git. nihil habet. qd doceat. nihil qd accuſet. Cupio. cū te ad flo-
rētinos receperis. q̄₃ diligētiſſime cures. qd vulpecula illa obte-
git. Hoc erit mihi tā gratū. q̄₃ qd oīm maxime. Nos bñ vale-
m⁹ omnes. Idē tu vt cures. te nō ſolū moneo ſ₃ etiā rogo. Ua-
le. Ex Mediolano ꝓdie id⁹ iunias. M. cccc. liij.

Fracīſc⁹ philelfus. Albertho zancario ſal.

Accepi lrās tuas ad me ꝛ cū his eas binas. q̄s duo diſer-
tiſſimi Nicolai ꝛ perotus ꝛ Uulpes ad te dederāt Ha-
beo ꝛ tibi ꝛ Nicolais ingētes grās: qd tā amice de me ſentitis
Nam qd dixerim vere. cū ꝛ ipſe lōge humili⁹ de me ſen tiam. et
amorē vnde manat amicicia cecū finxit antiqtas: In pñtia te-
cum plurib⁹ agere impedior. Ad paucos vſq₃ dies longior ſum
futur⁹ ꝛ id quidē nō ꝑ lrās. ſ₃ pñs ipſe ꝛ coram. Uale. ꝛ vtriq₃
Nicolao ſalutem plurimā dicito ꝟbis meis. Ex Mediolano.
xiiij. kal. iulias. M. cccc. liij.

Fracīſc⁹ philelfus Petro perleoni ſal.

Redditæ mihi ſunt lrǣ tuæ, cū iā itineri accigerē ꝛ hæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

quidem ſolæ. Nam præt̃ haſce vnas q̃s ꝛ vidi ꝛ legi libẽtiſſime
vt ſoleo ſemꝑ quidq̇d abs te manat: neq; deiphobum vidi: neq;
aliud quicq̃; neſcio q̇d: qđ ſignatũ eſſe monueras. Quæ ſcripſi
ſti: intellexi oio. Iſtic ꝓpdiẽ me videb: vbi de reb⁹ oib⁹ quas vel
tua. vel mea int̃eſſe exiſtimabim⁹: diligẽtiſſime ↄmentabimur.
Vale. Ex Mediolano. xiiij. kal̃. iulias. M. cccc liiij.

Fracĩſc⁹ philelfus Lodowico Mãtuæ Marchioni ſalu.

Quid iã terciũ a Philelfo itur ad te eximiæ tuæ ꝟtutꝫ
gr̃a: ſcio me tibi rẽ facẽ nõ ingratã. Quid ẽm ꝑncipi no
biliſſimo ꝛ Bonzagæ Lodowico i ꝑmis grati⁹ p̃t optati⁹ ve cõ
tingẽ q̃; eã offerri cauſam: q̃ ſe dignum ꝑncipatu queat oſtẽdere
Scim⁹ ſane aliud nihil eſſe quo ciuitatũ ꝑncipes ac reges videã
tur beatiores ꝑuatis homĩb⁹ q̃; benefaciẽdi ꝛ donãdi magnificẽ
tia. Hæc vna res ſyracuſanũ Dionyſium immortalitatꝫ memo
riæ cõmẽdauit. Hui⁹ item pulcherrimæ ꝟtutis ſplẽdor Arche
laum Macedona cunctis oſtẽdit gentib⁹ admirabilẽ. Et Pha
larin tyrãnum cæteris in reb⁹ immanem ac teterrimũ iudicatũ
ſola munificẽtia i doctos ꝛ bonos viros reddidit memorabilem
Nã q̇d loq̃r de Alexãdro rege Macedonũ: q̇d de. C. Iulio cæ
ſare: apud q̃s nihil benignitate nihil bñficẽtia fuit ãtiqui⁹: Pa
trẽ tuũ Iohãnẽ Frãciſcu ſummũ viꝝ ꝛ ꝑncipẽ clariſſimũ dicẽ ſo
litũ prædicãt nihil ſibi videri indigni⁹ pricipe q̃; pecunias quib⁹
tanq̃; ſeruis ꝛ pecorib⁹ ſit vtendũ: vel auidi⁹ cumulare: vel par
ci⁹ elargiri: ac ſatis ſuperq; eſſe dominis ciuitatũ: qđ popul̃ præ
ſint: qđ imperitẽt: qđ honorenꝫ: auꝝ autẽ ꝛ argẽtum aut nõ cu
randũ: aut q̃; liberaliſſime erogãdum. ne Midæ cuiuſpiam phi
neoſq; ſil̃es iudicenꝫ. Tu vero ꝛ ꝑnceps liberaliſſim⁹ ꝛ munifi
cẽtiſſimo nat⁹ principe inuit⁹ Philelfum audies: qđ offerat tibi
ſæpi⁹ honeſtam materiã ꝓmerẽdi: Scio certe nõ facies: quippe
qui ꝛ aio ſis alto ꝛ magno. ꝛ mihi væhement affect⁹. Vt autẽ
ad rem veniã. deſpõdi modo filiã viro: quã idcirco nõdum tradi
di: qđ ducati deſunt ad dotem ducẽti quinquagita. Hi mihi ab
amicis comparãdi ſunt: e quoꝝ numero cum te ſciam eum eſſe:
cui ſim cariſſim⁹: prim⁹ oblat⁹ es: cui⁹ hac in re munere vti volo
Itaq; abs te peto: ac etiam ſi pateris rogo: vt huic meo adoleſcẽ
ti qui tibi lrãs reddidit: aureos quinquagita dono ad me des ea
lege cõdicioneq;: vt niſi in Sphortiade tibi ↄflatum ꝗs omne ꝓ
dignitate diſſoluero: ego tibi fiã ꝓ debitore creditoꝛ. Nã ſi recte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

mihi es cognitꝰ: nunq̄ beneficium foenerari didiciſti: quin quo
es in cōferendo alacrior: eo te magis id debere putas. Ipſe autē
ſi bene me noui nihil eſt: quod minꝰ velim: q̄ iudicari ingratus
Uale. Et me vt ſoles: ama. Ex Mediolano. x. kalen. iulias.
Mcccc. liij.

Franciſcꝰ philelfus. Galeacio epiſcopo
mantuano ſalutem dicit

NIſi vna omnium voce prædicationeq; cognitum mihi
eſſet te animo vigere ingēti & perbenigno: ſubdubitarem
fortaſſe beneficij quippiam abs te petere: a quo nihil antea ꝓme
ruerim. Sed cum ſis tali tātaq; ꝟtute: vt humana omnia īfra
te ducas: intelligaſq; nihil eſſe magis homini ꝓprium q̄ benefa
cere vel ignotis: quippe qui ſe ſimillimum eiꝰ velit: ad cuius eſt
imaginem ſimilitudinemq; creatꝰ: maiore cum fiducia tuas en
pulſo fores: quas mihi facile apertum iri nō dubitem. Deſpōdi
modo filiam viro bono & nobili: cui dotis caritudine tradere nō
dum potui. Nam vt noſti: ꝟtꝰ & diuitiæ ſimul eſſe nō poſſunt.
Te igit̄ pro tuis maximis innumerabilibuſq; ꝟtutibꝰ maiorem i
modum rogo atq; oro: vt ducatos centum mihi commodes ea
cōdicione: vt intra annum eos tibi omnino bona fide redditurꝰ
ſim. Quod ſi prius: vt ſpero: præſtare potero: nihil diſſimulabo
Scio te id quod ſummæ tuæ eſt laudis: nunq̄ pecunijs abun
dare. etſi redditꝰ habes ampliſſimos cum ex eccleſia: tum etiam
ex patrimonio. Nam quidqnid ſupereſt a rebꝰ neceſſarijs: id om
ne vel ꝑ liberalitatis: vel ꝑ pietatis officio in eos tribuis: quos
dignos cenſeas: in quos beneficium cōferat̄. Tuæ igit̄ humani
tatis fuerit: vt ita in me pius liberalis ve ſis: vt intelligas nul-
lum apud me officium tuum intermoriturum. Nō em̄ ſolum ad
cōſtitutum tempꝰ tuum ad te mutuū redibit: ſed cum vſura eti
am litteraria redibit. Huiꝰ autem rei gratia hūc meum adoleſcē
tem ad te fidum nuncium miſi: cui velim ad me des: quod petit.
Uale. Ex Mediolano. x. kal. iulias. M. cccc liij.

Franciſcꝰ philelfus. Lodowico Man
tuæ Marchioni ſalutem

NOn poſſum ꝑfecto nō lætari: quod magis magiſq; in
dies & mihi & cæteris omnibus perſpicuū facis ea te eſſe
animi magnitudine: vt nihil malis q̄ benefacere q̄ vti munifi
cētia. Ut parui em̄ eſt animi ardere diuitias: ita hi mihi peride

atq; magni quidam ac præclari viri cenſendi ſunt: qui illis ad
benignitatē gloriāq; vtant̄. id quod tum maxime fieri puto: cū
in eos apte cōferunt̄: qui ſe ab inerti vulgi deſidia abducūt: ad id
q; vehement̄ ſtudēt. vt ⁊ ſuū ⁊ amicoꝝ nomē imortalitati com
mendēt. Gratulor igit̄ tuo tāto ac tali bono: q̇ te non minorē vir
tute præſtes: q̄ꝫ es fortuna ſuperior. quippe q̇ nequaq̄ꝫ ignores
hāc inſtabilē eſſe caducāq; ſolere. At ꝟtutem ⁊ firmā ⁊ ſempit-
nam Ad huiuſmodi vero laudis ſtudiū etſi naturæ bonitate du
ci te arbitror: nō paꝝ tamē adiut⁹ diſciplina q̄ cæteros noſtræ
tempeſtatis p̄ncipes mirifice anteis: eos omnis ac tibi via vl' de
uincis vel amplificas: quos intelligis nihil pluris facē q̄ꝫ ſplen
dorē ingenij q̄ꝫ laudatiſſimaꝝ artiū pulchritudinē ac dec⁹. Ita
q; nō iniuria ⁊ amaris a doctis omnibus ⁊ quottidie magis ma
giſq; celebraris. Nā vt cæteri ipſi de ſe loquant̄: ego tāti te fa-
cio: vt nihil eſt: qḋ malim: q̄ꝫ ⁊ audire ⁊ dicē de tuis diuis ſum
miſq; ꝟtutib⁹. Quo igit̄ in me fueris benignior: eo te ſtudioſi⁹
proſequar huiuſmodi animi gratitudīe. Uale Ex Mediolano
x. kal'. iulias. M. cccc. liij

¶ Frācīſc⁹ philelfus Lodowico cardinali
Aquileiæq; patriarchæ ſal. pl. di.

COnſiderāti mihi pater reuerēdiſſime Lodowice Car-
dinal' atq; patriarcha cū tuas alias ꝑmultas egregiaſq;
ꝟtutes: tum eximiā animi magnitudinē: facile viſum eſt t nō
modo nō inuite. ſꝫ etiam ꝑlibent̄ ⁊ alacri benignitate id eſſe futu
rum: qḋ homī tui p̄clari nois obſeruātiſſimo ac tuæ dignationi
vetere beniuolētia deditiſſimo maxime cōductuꝝ neceſſariumq;
cognoris. Intellexiſti ex ipſo me coram nuꝑ mihi filiā eſſe nubi
lem. neq; aliud præt̄ dotem deeſſe quicq̄ꝫ. quo min⁹ tempeſtiue
traderet̄ viro. Ea nūc eſt temporꝝ calamitas: vt qḋ vltimū oīm
quærēdum ſit in futura ſpōſa. id primū expetat̄. Quis eīm hac
tempeſtate eo ſit anīmo: qui vel ꝓbitatem vel formæ præſtātiā
vel parentum claritudinem pluris faciat q̄ꝫ pecuniam: Modo
ſint nummi: reliqua omnia negligūtur. Quo fit. vt ſapiētis il-
lius Athenīēſis viri cōſiliū de ſpōſo deligēdo. qui ait ſe malle vi
rum carētem pecunijs. q̄ꝫ pecunias viro. in capiūda ſpōſa om-
nino ſit cōtemnēdum. ita ſunt hoim ingenia corruptis morib⁹
deprauata ⁊ ꝑdita. Et ne ſim lōgior q̄ꝫ oportet apud amplitu-
dinem tuam. mihi opus eſt oper auxilio tuo. Subueni obſecro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

inſtanti huic meæ ꝛ honeſtæ neceſſitati. Quātulumcumqꝫ do-
naueris. maximi pulcherrimiqꝫ muneris loco ducam. Quod de-
fuerit ad ſummā dotis. quæram ex alijs ijs pncipibꝰ. quibꝰ no-
ui me eſſe cariſſimū. Nec dubito veriſſimū fore præceptū illud
promiſſum ꝙ euāgelicum. Quærite: ꝛ inuenietis. petite: ꝛ da-
bitur vobis. Tu velim. modo initium facias. cuius res geſtæ ꝛ
multæ ſunt ꝛ præclaræ. quibꝰ niſi ipſe cumulatiſſime ad īmor-
talitatis memoriā ſatiſfecero. mihi ingratitudis diē dicito. Va-
le pater clæmentiſſime. Ex Mediolano. ix. kalendas Julias.
M. cccc. liiij.

Franciſcꝰ philelfus ſal. pl. di. Nicolao Ar-
cimboldo ducali ſenatori ac iurecōſulto

Quod tibi ſciebā fore nō iniucūdū. volui intelligēs. qđ
mihi neqꝫ ſperāti neqꝫ cogitāti Romæ cōtigit. Huc ei-
cum veniſſem ad quintūdecimū Kal. Auguſtas paulo poſt me-
ridiē eo ꝯſilio. vt poſtridie mane Neapolin verſus iter caperem.
Nam reliquū eius diei decreuerā ꝛ mihi quieſcē ꝛ famulis. nec
minꝰ etiam equis ex accelerato itinere fatigatis. Nec tn̄ interea
temporis me ocio ita ꝯmiſi. vt nō curarim ea viſere oīa. quæ ex
veteribꝰ reliquijs ac ruinis memoratu dignā exiſtimant. Sꝫ hæc
idcirco ꝑtereo: quoniā tibi. q̊ Romæ nō ſemel fueris. ꝛ viſa ſūt
et cognita. Mane cum paulo poſt equū forē aſcēſurꝰ. venit ad
me ſalutatum Blondꝰ flauuius vir certe ꝑhumanꝰ ac diſertus
qui vbi mecum eſſet quædam de cōmunibꝰ ſtudijs cōmemoratꝰ
Hora eſt inqt. adeūdi Pontificis. Eamus igit. Huic ego cum
reſpōdiſſem ꝛ id fortaſſe ſubruſtice. inſtituiſſe me poſt reditū ex
vrbe Neapoli eiuſmodi vti officio. nūc em̄ id mihi nō licē. quo-
niam maturarem. viſus eſt ille nō mediocrit admirari. cū dicēt
At ſum nꝰ Pontifex heſterno veſperi ꝑmulta eſt de te locutꝰ et
amice ꝛ honorifice. Ait em̄ quo primū in Italiam e Græcia re-
uertiſſes fuiſſe tibi ſecum cōſuetudinem multam familiaritatēqꝫ
periucūdam. teqꝫ magnis extulit laudibꝰ Itaqꝫ tui muneris eē
reor. ne ex vrbe moueas pedē prius q̄ꝫ eiꝰ ſanctitatē adieris. qđ
tibi nō mō honorificū fore arbitror. verꝫ etiam. quantū poſſum
cōiectura aſſequi. non parum emolumēti allaturꝫ. Is vbi videt
me perſiſtere in ſentētia. abijt ſubtriſtis. Cūqꝫ iam equum aſcē-
dere. ecce Petrꝰ Nucetanus apoſtolicꝰ ſecretariꝰ feſtinat ad me
ritqꝫ ſubridēs tu maior factꝰ es pōtifice maximo. ab q̄ ꝉ deſideratꝰ

redderis inſolētior. at caue: dum tibi tātum arrogas: ne ſupbiæ accuſeris. Neq3 vbi dexter brachium ſiniſtro meo ſuppoſuiſſ3 brachio ꝑ q̄3 vrbaniſſime ad Pon tificem egit: ab quo tāta ſum comitate ſimul caritateq3 except⁹: vt meipſum nō ab re vel ruſticitatis vel ingratitudinis arguerim. Cætera lr̄is committenda nō ſunt: ſed ea tibi: cum reuertero: coram exponam: quæ ſcio tibi fore gratiſſima. Sed vnum certe nō reticeſcam In mea cū abitione donauit me vltro pōtifex munificētiſſim⁹ nummis aureis: quos vulgo ducatos nominānt quingētis cum egregia quadam honoratione vbor. Cum hæc ad te ſcripſi erat dies natal' meus octau⁹ kal'. Auguſtas: cum initium facerem ætatis meæ anni quinti ⁊ quinquageſimi. Nam reliquos dies idcirco egi. Romæ: quoniam me⁹ ſatyrarum codex quem dono ferebam ad Alphōſum: erat penes ipſum Pōtificem maximum. Nec prius mihi reſtituit: q̄3 totum lectitauerit. Uale. Ex vrbe Roma viij. kal'. auguſtas. M. cccc. liij.

Frāciſcus philel. Xenophōti filio ſal.

AXcepit me rex Alphōſus cum ꝑhumanit' ⁊ honorifice tum etiam munificētiſſime. Nihilq3 omiſit: quo min⁹ oſtēderet me ſibi cariſſimum eſſe ⁊ iucūdiſſimum. Sed de his ꝑpediem tecum ⁊ aperti⁹ ⁊ latius. Nam ad ſex vſq3 dies iter capiam iſtuc ⁊ iſtinc deīde Mediolanum. Intēa temporis diligēter inquire: an gradarius vllus equ⁹ Romæ venalis ſit. Nā hic inuenio nullum: qui me delectet. Cuiuſmodi eū cupiam: nō te latet. Uale. Ex Neapoli. vi. idus Auguſtas. Milleſimo. cccc. liij.

Frāciſc⁹ philelfus Xenophonti filio ſal.

HEri Alphonſus rex me Capuæ fecit equitem auratū et id quidem mane in celebratione dominicæ hoſtiæ in maximo principum conſpectu. Deinde cum poſt meridiem ad quartum lapidem extra vrbem ꝓfect⁹ tentoria ſtatuiſſet in feraciſſimo illo agro qui ad Ueſeuum iacet hora diei vigeſima ꝑma ſuis inſignib⁹ me donauit q̄3 honorificētiſſime. Poſt triduū: vt ſpero: capeſſam iter ad vrbem Romam ⁊ iſtinc Mediolanum. Uale. Ex Neapoli. xvi. kal'. ſeptēbres. M. cccc. liij.

Franciſcus philelfus Nicolao arcimboldo iurecōſulto ducaliq3 ſenatori ſal.

CUm heſterno veſperi ex Neapoli Capuā veniſſem re-

petiturꝰ Mediolanum: hoc mane ſum ad Alphonſum regem p
fectꝰ in caſtra ſalutatum: qui me: vt ſolet: excepit perhumanit ⁊
periucūde. Juſſitq: vt quoniam eſſet occupatiſſimꝰ: poſt meri-
diem redirem ad ſe. Quod vbi feciſſem: in maximo ac pulcher-
rimo nō militum modo: ſʒ etiam nobiliſſimoꝝ hominum coetu
et ſuoꝝ ⁊ exteroꝝ ita ait. Nos te mi Philelfe iampridem vidē
deſiderabamꝰ: quod nobis cōtigiſſe gaudemꝰ: Nam opinionem
de te noſtram nō aequaſti ſolum: ſed admodum ſuperaſti. Dona
uimꝰ te antea dignitatis militaris noſtriſq; inſignibꝰ Reliquū
eſt: vt quod tibi maxime debet: poetica laurea te ornemꝰ: quam
capiti tuo tibi bene merēti imponimꝰ: habebat em̄ rex liberaliſſi
mꝰ lauream paratā eamq; ornatiſſimam: quam vbi capiti meo
impoſuiſſet: ita de me ad circūſtantis honorifice: ita copioſe: ita
beniuole locutꝰ eſt: vt nō rex excellētiſſimꝰ: ſed pater indulgen-
tiſſimꝰ loqui videret. Sʒ haec ⁊ alia permulta tibi coram expo-
nam. Ego poſt biduū pſequar coeptum iter. Interea tpis mei
os omnis tuae fidei cōmendo. Vale. Ex Capua veſperi. xi. kal.
ſeptēbres. M. cccc. liij.

Franciſcus philelfus Georgio Trabe
ſondae ſalutem dicit

Quod iſtinc abiēs tibi ſum pollicitꝰ: vbi primum in vr
bem veni. ⁊ ſummi Pontificis Nicolai Quinti adeun
di mihi data eſt facultas: quo tempore adhuc ex pedibꝰ nō medi
ocrit laborabat: ita egi cauſam tuam: vt eiꝰ animum iampridem
alienatum: vt noſti: ita ad te conuerterim: vt reditum ad ſe tuū
nō ſolum admittat: ſʒ etiā deſiderare videat. Itaq; moneo te at
q; hortor: ne differas aduētum tuū: ſed velis ac remis (vt aiūt)
ſecūdis flatibꝰ te cōmittas. Nam omnia tibi in portu: oīa tran
quilla futura ſunt. Vale. Et maieſtati regiae me cōmenda. Ex
vrbe Roma. v. kal. ſeptēbres. M. cccc. liij.

Frāciſcus philelfus Nicolao Arcimboldo
iurecōſulto atq; ſenatori ducali ſal.

Hiſce ad te lrās dedi ex Tholentino: vnde poſt octiduū
arripiam ad vos iter tum equeſtris inſignibꝰ ⁊ poetica
laurea ornatꝰ: tum ſecretariꝰ apoſtolicꝰ. Eculeus tuꝰ ſi tāta eſſʒ
corpis magnitudie quāta animi: ne bucefaralo quidem cederet.
Miꝝ eſt: q; ſe obſequentē praeſtat. Vale. Meq; vt facis: ama
Ex Tholētino idibꝰ ſeptēbribꝰ. M. cccc. liij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

¶ Frãciſcꝰ philelfus Archiepiſcopo Rauen
nati Bartholomeo apl̃ico legato ſal.

NIhil eſſe reor in viro graui ⁊ ſapiẽti præſertim in eo: q̃
quemadmodum tu in magiſtratu ⁊ dignitate locatꝰ ſit
qᵈ pluris ſit faciũdum veritate ⁊ cõſtãtia Id autem tibi quoqꝫ
ampliſſimo ⁊ ſumma integritate ⁊ ſanctimonia patri liq̇do vide
ri nõ ſum neſcius Nõ poſſum autem nõ mirari: quod eoꝝ nihil
effectum ſit: quæ nudiuſnonꝰ mihi coram recepiſti. Tria abs te
petij cum ꝓ mea erga te obſeruãtia: tum ꝓ tuæ amplitudinis vel
officio vel laude. Primũ vt eã omnem diſceptationem quæ intͤ
meos Tholẽtinates ſanctoſeuerinateſqꝫ verſat: tua diligẽtia at
qꝫ beneficio e medio tolleret. Nam delegationem illã in præſtã
tem iuriſcõſultum Bartholomeum firmanum ⁊ ſuſpectam eſſe
Tholentinatibꝰ ⁊ moleſtam in primis. Et ne id quidem abſur-
de. Eſt em̃ ex eoꝝ hominum genere quibꝰ cum litigium etiã de
cõfinibꝰ eſt Tholẽtinatibus. Ad hæc viatica ⁊ ſphortulæ locu
pletiſſimos quoqꝫ populos in odium ſui rapiũt. Nec te latet fa
melicis ſporthulas: quod nomẽ ipſum σπορθα declarat: ini-
tio eſſe nõ magiſtratibꝰ cõſtitutas. Quãta autem ĩ infamia eſſꝫ
ſporthula: vel ex Iuuenale licet intelligi. Huiuſmodi autẽ om
nem morem væhementͤ abhorrere a ſanctitate ſummi põtificis
Nicolai Quinti: debes nequaq̃ꝫ eſſe ignarꝰ. Quare ſi cauſa ti-
bi erat cognita vt ipſe decideres: cõtendi. Sin minꝰ eſſet: vt pro
tua humanitate cognoſcẽs: atqꝫ definires Fore em̃ vt quidq̇d ip
ſe de ea omni cõtrouerſia ſtatuiſſes: ⁊ ratum haberẽt Tholẽtina
tes. ⁊ ita omnis diſcordiaꝝ cauſa interiret. Id te pater modeſtiſ
ſime ⁊ libẽter ⁊ intra octiduũ vſqꝫ terminatuꝝ perhumanitͤ es ꝑ
benigneqꝫ pollicitꝰ. Quæ quidẽ res tãta me tibi beniuolẽtia de
uinxit: vt nihil addi poſſet ad cumulũ. Secũdum qᵈ petieram
fuit: vt quinqꝫ dieꝝ ſporthulas vel viatica: quæ Bartholomeꝰ
idem ſuꝑuacanee ⁊ auidiꝰ exigebat: oĩno ꝓ tua innocẽtia ꝓhibe-
res: id qᵈ plane te facturꝝ reſpõdiſti. Terciũ erat: ne iuſta Tho-
lentinatiũ in ſanctoſeuerinatis indignatio traheret tanq̃ꝫ in cri-
men læſæ maieſtatis. Eſſe em̃ tuæ clæmẽtiæ ignoſcẽ potius q̃ꝫ
cognoſcẽ: ꝑ̄ſertim cũ eſſent Tholẽtinates nõ ſolum ĩiuria: ſꝫ cõ
tumelia etiã a ſcõſeuerinatibꝰ laceſſiti. At eſſe ingẽtis animi pu
tat Ariſtoteles obliuiſci iniuriaꝝ. Cõtumelias aũt negligẽdas
nemo ſapiẽs ꝓbat. Reſpõdiſti tandem etſi in cõſcriptis tabellis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

vt vocāt: procederetur: minime tamē fore. vt ſentētia ea de re fer
retur. Nō poſſum igitur non mirari: quod de ſumma cauſæ in
hunc diem nihil neq; definieris: vt es mihi coram ꝓ tua huma
nitate munificētiaq; pollicitus: neq; temptaueris. Et ad Tho
lētinates litteræ miſſæ ſunt ab iſtis qui tua in curia cauſam ſu
am vel defendūt vel agūt: propediem futurum: vt ſentētia ferat
de cauſa illa: quam ex ciuili criminalem ita faciūt: tanq; de ſum
mo eccleſiaſticæ reip. ſtatu decertatum ſit. Itaq; ne ſim dicēdo
prolixior: tuam benignitatem etiā atq; etiam rogo atq; oro: vt
quæ mecum tā grauit᷑ & tā ꝯſtāter locut⁹ es: ita pſoluas: vt tua
dignatio & iuſticia poſtulat. Nā pōtificis & pncipis ꝟbum eſſe
pro lege debet. Uale. meq; vt facis ama. Ex Tholētino. xiij. ka
len. octobres. M. cccc. liij.

Frācīſc⁹ philelfus. Iuliano Eremitarum
generali ſalutem

FAcit vel ſingularis mea erga te veneratio vel excellens
tua ſapiētia vitæq; ſanctimonia: vt audacter ea abs te
petā: quæ tum apud deum: tum apud homīes laudabilia eſſe du
co. Templum hoc Nicolai Tholētinatis quem ob pientiſſimo
rum operum merita in ſanctorū cœtu vniuerſa locat celebratq;
eccleſia: in quoꝝ ſacerdotū tutela ſtatui deceat: nō te latet. Quis
eñ ignorat quod etiā precioſiſſimū ſit: vbi fuerit ſordib⁹ oblitū
negligi cōtemniq; ſolere? Et res item minus omnino bonas ob
cultum & ornatū exteriorez in admirationē ſui rapere intuētes?
Mētes hominū nō perſpicim⁹. eas tñ ex opib⁹ iudicam⁹. Ma
lim equidē ꝟtutis ſimulatorē q̄ȝ apertū hoſtē. Qui vero animi
bonitatē oratione vitaq; declarat. hunc ego proxime ad deū acce
dere iudico. Nec is mihi ſatis officio videt᷑ fungi: qui ſanæ peni
tus mēti nō repñtat exterioris homis ſanitatem & omni ſermo
ne & vniuerſa vita. Sȝ quorſum hæc? vt ītelligas pater religio
ſiſſime multo meli⁹ huic diui Nicolai tēplo & vniuerſo Tholē
tinatiū populo ꝯſultū iri: ſi tua dignatio eos ſacerdotes eccleſiæ
huic pfeceris: q̇ animi inocētiā ꝑ oēm moꝝ viteq; obſecuātiam
ſanctiſſimi Aurelij Auguſtini repñtarint. Qua quidē in ſentē
tia cunctos Tholētinatis facile reperias. Uale. Ex Tholētino
xiij. kal'. octobres. M. cccc. liij

Frācīſc⁹ phi. Nicolao Quinto ſummo
pōtifici ſalu. plu. dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

THolētinatium oratores pater beatiſſime periuſtam ha-
bent querēdi apud te cauſam: quos vt ea facilitate audi-
as: qua etiam omnes iniuria laceſſitos ſemꝑ cōſueſti: tuam ſan-
ctitatem etiam atqꝫ etiam ⁊ rogo ⁊ oro. Sunt eñi a ſanctoſeue-
rinatibꝰ Tholētinates mei nō iniuria ſolum: ſꝫ maximis quoqꝫ
cōtumelijs perſæpe affecti. Nec eſt quiſquā apud picētes neqꝫ
magiſtratꝰ: neqꝫ præſes: qui remedium velit afferre. Quo fit:
vt in dies magis atqꝫ magis ⁊ augeſcat huiuſmodi malum ⁊ nō
ſine maximo periculo īualeſcat. Itaqꝫ ad tuā pietatem eundum
fuit: qui ea es ⁊ ſapiētia ⁊ iuſticia: vt tum hominū fraudes atqꝫ
inſidias facile ꝑſpicias: tum omnia grauit̄ ac innocētiſſime iudi-
ces: nec patiaris plus corruptionem poſſe q̄ꝫ veritatem. Quid
hæc ſibi velit oratio. ⁊ ſi liquido potes cōiectare. omnia tamē ex
optimo ⁊ integerrimo viro Petro Nucetano ꝑſpicue ītelliges.
Ad hunc eñi diligent̄ omnia vereqꝫ ꝑſcripſi. Ad ea autem bene-
ficia quibꝰ me ornaſti maximis: vnꝰ hic cumulꝰ accedet. ſi Tho-
lentinates mei cognorint meas apud te l̄rās ſibi plurimum ꝓfu-
iſſe. Ego hoc ipſo die: quo haſce dederam ad tuā beatitudinem:
eram ex patria M:diolanum repetiturꝰ. Nec ſane obliuiſcar.
et quid debeā. ⁊ quid gratum eſſe cognorim tuæ ſanctitati. cui
me commendo plurimum. Uale. Ex Tholētino. xi. kal'. octo-
bres. M. cccc. liij.

Frācíſcꝰ philelfus Matthiæ triuiano ſal.

QUod mihi tātopere de reditu in vrbem Mediolanū
ex Romana Neapolitanaqꝫ peregrinatione gratularꝫ
gaudeo. Intelligo eñi me amari abs te plurimū. Qua in re fa-
cis tu quidem nihil ab amicicia noſtra alienū. Nō eñi ignoras.
q̄ꝫ mihi carꝰ es Quo fit: vt delecter eo magis iſtiuſmodi teſtimo-
nio. quo in l̄ris vſus es. quod minꝰ quā doqꝫ in amore conſueſti
reſpōdere. Quod autem me hortaris. in caſtra vt eā: neſcio: q̄ꝫ
mihi ſane cōſulas. Nam ferenti hoſtilis regis inſignia ſuccēſe-
būt fortaſſe Frāci meqꝫ ꝑ Alphonſo rege hoſtiā faciēt. Itaqꝫ a
Renato rege quærēdum eſt. liceat ne Philelfo verſari int̄ Frā-
cos gladios impune. vel ab Alphonſo cum militari cingulo et
poetica laurea tum ꝓprijs quoqꝫ decorato inſignibus. Ad hæc
ſcire peruelim. q̄ꝫ abundet ſphortiana mēſa. Non eñi alio mihi
diuertēdum eſt q̄ꝫ ad regulum meum Sphortiā Secundum.
Ut intelligas me famē quidez ferre poſſe in caſtris eſuriē vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

neq̄ꝗ̄ poſſe. Uale. Ex Mediola. xi. ka. nouēbres M. cccc. liiij.

¶ Frāciſc⁹ philelfus Ciccho calabro ſal.

MIroꝛ: qđ nihil ad ea rn̄deris: q̄ ꝓximis dieb⁹ tibi de re mea ſignificaui. Nōdū fortaſſis a pncipe didiciſti: qđ cupim⁹ Itaqꝫ rogo te: vt tādē rn̄deas: meqꝫ de oī ei⁹ ſnīa facias certioꝛē Uale. Ex Mediolano. ix. kal'. nouēbꝛes. M. cccc. liiij

¶ Frāciſc⁹ philelfus Petro Nucetano ſal.

CUm eēm poſtridie ꝓfectur⁹ ī caſtra ducalia: offerretur qꝫ ī ipſo vt ita dixerī equitādi cardīe fid⁹ ꝛ familiarꝫ nūci⁹: q̄ Romā petēt: non ſum paſſus eū vacuū meis lrīs iſtuc ire. Cepi qđ. S. D. N. ꝑgratū foꝛe cognoui Et ne intēa tpis dū hoc agit: officij obſeruātieqꝫ ꝛ pietatꝫ mee viderer oblit⁹: pmū erat⁹ carmē de ei⁹ laudib⁹ cōpoſui atqꝫ edidi: qđ vt meo noīe ei⁹ beatitudini exhibeas: te plurimū rogo. Uale. Ex Mediolano iiij. idus nouēbꝛes. M. cccc. liiij.

¶ Frāciſc⁹ philelfus. Renato Regi ſal. pl. di.

POſſes tu rex Renate nō abſurde admirari: qđ in cauſa fuerit: vt cū mō in caſtra vrceana ad pncipem meū Frāciſcū Sphoꝛtiā ierim: te q̄ vix ad q̄nqꝫ millia paſſuū illinc abeſſes cū tuo inuicto foꝛtiſſimoqꝫ exercitu: nō ꝯtinuo adierim: pſerti cū tāti te ſemꝑ fecerim ac faciā: vt pluris certe neminē. Atqui nihil mihi in aīo magis erat q̄ꝫ ꝛ viſere te regē nobiliſſimū. ꝛ te tāta maieſtate atqꝫ vtute pncipem alloq̄ coꝛā oꝛe. quē antea litteris nō nunq̄ꝫ cōſueſſem. Dicam paucis: qđ mihi inopinato accidit. Quo die inſtitueram ad te ire: nūciatū eſt aduētare in caſtra Blancam Mariam clariſſimarꝫ optimarūqꝫ feminarꝫ ſplēdidiſſimū quoddā certiſſimūqꝫ exemplum. Nō potui ꝓ officio meo nō ei obuiam ꝓficiſci: cui ꝛ plurimis ꝛ maximis beneficijs ſum obſtrict⁹ Nihil eſt ſane cui me min⁹ obnoxium velim q̄ꝫ ingratitudinis crimini: quo vno vitio vix vllū reoꝛ apud bonos ꝛ magnos viros inuiſius. Itaqꝫ ſum coact⁹ differre in diē poſterꝝ meū ad te acceſſum. Poſtridie cū vix illuxiſſet: afferunt ex Mediolano ad me domeſtice lre: q̄b⁹ moneoꝛ meos q̄ſdā affinis intēptare neſcio q̄d litigij de vxoꝛia hereditate aduerſus me Quare cū ei⁹ rei gr̄a mihi eſſet op⁹ adire pncipem meū: qui ē: vt noſti: bellicis reb⁹ occupatiſſim⁹: rurſus ipedioꝛ: q̄ min⁹ eam ad te. vt oīm maxie deſiderabā. Quid multis: Dum negocijs multis obruoꝛ: malui carere benigno tuo regaliqꝫ colloq̄o: q̄ꝫ ſi min⁹ id ꝓ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

dignitate a me factũ eſſet: inept⁹ iudicari: p̄ſertim cum omnino
inſtituerim ad Natalem dominicum ⁊ viſere te quē ⁊ amo vni
ce ⁊ veneror: ac tātiſper apud te eſſe: vt nō viator veniſſe videar
ſed ⁊ familiaris ⁊ tuus. Et ne intēa tp̄is videar omnino abs te
abeſſe: dedi ad te monimēta quedā ingenij mei: vt ſaltē int⁹ vi
deas: quem ī cute nō potes. Uale. Ex Mediolano. x. kal'. octo
bres. M. cccc. liij.

Frãciſcus philelfus Petro Thomaſio
philoſopho ac medico ſal.

CUm nup ab Alphōſo rege ⁊ a ſummo eccleſiæ Roma
næ pōtifice Nicolao Quito reuertiſſem Mediolanũ: nihil mi
hi poti⁹ duxi q̄ȝ de te querē: quē mirifice diligo ⁊ obſeruo Intel
ligē certi nihil potui Itaqȝ abs te vehement peto: me vt facias
tuis lr̄is certiorē: q̄ȝ belle vales. ⁊ q̄ȝ noſtri es memor. Ad hæc
ſcire cupio: q̇d poſt captiuitatē de Conſtātinopoli ⁊ vrbe ⁊ ciui
b⁹ actũ ſit: q̇d ue efferata illa Turcoꝝ barbaria poſt tātam victo
riā ⁊ molita ſit ⁊ moliatur. Si meos libellos illos es adhuc ex
Bernardo meo Iuſtiniano ꝯſecutus: velim huic iſti publico ta
bellario ad me des M'ittā ad te ſatyraꝝ codicē: mō cures iſtic
illũ mature ad nos redire. Uale. Ex Mediolano. xviij. kal'. ia
nuarias. M. cccc. liij.

Frãciſcus philelfus Malateſtæ Nouello ſal.

QUod primis lr̄is tibi reſpōderam: idem etiā nũc repe
tā eſt neceſſe: quā doq̇dē videre videor alioꝝ vel negligē
tia vel pfidia fruſtra ſcripſiſſe me. Plutarchi Cherronēſis ꝯpa
ciōes viroꝝ illuſtriũ: q̄ ille παράλληλα noiat: hic hȝ nemo
quæ ſcȝ ad latinos traductæ ſunt. Itaqȝ nihil tibi affirmaē poſ
ſim: an oēs traductæ ſiut illæ vitæ an min⁹ traductæ. Unum
ſcio Lycurgi ac Numæ Pōpilij vitas q̄ apd̓ Plutarchũ ī ordie
p̄mæ ſunt: mea īterp̄tatiōe latias eē factas Itaqȝ ex Florētia id
tibi ſciēdũ ē. Nec eñ dubito ea ī vrbe eiuſmodi trāſlatiōes oīs
reperiri. Quæ tibi reliq̄ ſum pollicit⁹ ⁊ oīno abſoluā ⁊ breui In
grat⁹ eñ ſim: ni te ⁊ obſeruem ⁊ venerer plurimũ. Uale. Meqȝ
vt facis: ama. Ex Mediolano. xiiij. kal'. ianuarias M cccc. liij

Frãciſc⁹ philelfus Albertho ȝācario ſal.

NOlim tibi pſuadeas quēqȝ eſſe ex amicis oib⁹ te mihi
cariorē Id eñ cũ modeſtiſſimi tui mores tum plurima
et maxima bñficia citro vltroqȝ mutua pietate collata iāpridem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 19

facile præſtiterūt. Qđ aūt nihil in hāc diem poſt abitionē iſtic meam ad te ſcripſerim: illud ſcꝫ fuit in cauſa qđ fruſtra id facē nolebam. Nōdum em̄ princeps meꝰ in vrbem redijt ex caſtris. Neqꝫ eo abſente habeo quicqꝫ: qđ tibi ſim ſcripturꝰ. Tu interī bona ſpe eſto. Nō em̄ fallam quam de me indubitatā habes opinionem. Vale. Ex Mediolano. xiij. kalendas. ianuarias. M cccc. liij.

Frācīſcꝰ philel. Nicolao Cebæ ſal.

